M Th ü Sch 2ii

# Diui Thome aquinatis continuum in librum euangelij ſcd̄m matheum

SAnctiſſimo ac
reuēndiſſimo
patri domino
vrbano diuia
prouidentia
pape quarto
frat' thomas
de Aquino or
dinis fratrū
predicatorū
Cum deuota
reuēncia pedū
oſcl̄a beatoꝝ.
Fons ſapiencie vnigenitum dei verbum pre=
ſidens in excelſis. per quod pater ſapienter fece=
rat et ſuauiter diſpoſuerat vniuerſa. in fine tp̄m
carnem ſumere voluit. vt ſub tegumento nature
corporee ſplendorē eius humanus intuitus poſſꝫ
inſpicere. quem in celſitudine maieſtatis diuine
attingere non valebat. Diffuderat ſiquidem radi
os ſuos ſapiencie videlꝫ ſue indicia ſuper oīa opa
que creauit. Quodaꝫ vo ampliori priuilegio ima
ginem ꝓpriam hominum animabus impreſſerat.
q̄tum diligentius expreſſerat in cordibus ipſum
amantium ſm̄ ſui muneris largitatem. Sed quid
eſt hominis anima in tam immenſa creatura. vt
diuine ſapientie veſtigia poſſit ꝯprehendere ad
perfectionem? quinymmo et ſapientie lux infuſa
hominibus per peccati tenebras et occupationū
tp̄alium caligines fuerat obumbrata. et intantū
eſt quorundam cor inſipiens obſcuratum. vt dei
gloriam in ydola vana conuerterent et que non
conueniunt facerent. in ſenſum reprobum incidē
tes. Diuina vero ſapientia que ad ſui fruitionem
hominem fecerat. eum ſui expertem eſſe nō ſinēs
totum ſe in humanam naturam contulit. eā modo
ſibi aſſumendo mirabili. vt errantem hominē ad
ſe totaliter reuocaret. Huius igitur ſapiencie cla
ritatem nube mortalitatis velatam primus apo=
ſtolorum princeps fide conſpicere meruit. et eaꝫ
conſtanter abſqꝫ errore et plenarie ꝯfiteri dicēs:
Tu es xp̄s filius dei viui. O beata confeſſio quam
non caro et ſanguis. ſꝫ pater celeſtis reuelat. hec
in terris fundat eccleſiam. aditum prebet in celū.
peccata meretur ſoluere. et contra eam porte nō
preualent inferorum. Huius igitur fidei ac confe
ſſionis heres legittime. ſanctiſſime pater pro ſtu
dio mens noſtra inuigilat. vt tante ſapiencie lux
fidelium corda perfundat. ꝛ hereticorum ꝯfuret
inſanias. que porte inferorum merito deſignant̄
Sane ſi ſcd̄m platonis ſentenciam beata cenſetur
reſpublica. cuius rectores operam ſapiencie dare
contigerit. illi ſiquidem ſapiencie quam imbecil=
litas intellectus humani erroribus plerumqꝫ cō=
maculat. quantomagis ſub noſtro regimine bt̄us
cenſeri poteſt populus xpriſtianus. vbi tanta di=
ligencia excellentiſſime illi ſapiencie curam impen
ditis. quam dei ſapiencia carnalibus membris in=
duta et verbis docuit et operibus demonſtrauit.
Ex huius ſiquidem diligencie ſtudio veſtre ſancti
tati complacuit mihi committere Mathei euan=
gelium exponendum. quod iuxta ꝓpriam faculta
tem executus ſollicite ex diuerſis doctorum libris
predicti euangelij expoſitionem ꝯtinuaꝫ ꝯpilaui
pauca quidem certorum autorum verbis. vt plu
rimum ex gloſis adijciens. que vt ab eorum di=
ctis poſſent diſcerni. ſub gloſe titulo prenotaui.
Sed et in ſanctorum doctoꝝ dictis hoc adhibui
ſtudium. vt ſingulorum autorum nomina. necnon
in quibus habeantur libris. aſſumpta teſtimonia
deſcribantur. hoc excepto ꝙ libros expoſitionum
ſupra loca que exponebantur. non oportebat ſpe
cialiter deſignari. puta ſicubi nomen inueniatur
Hieronimi de libro mencione non facta. datur in=
telligi ꝙ hoc dicat ſuper matheum. Et in alijs rō
ſimilis obſeruetur. niſi his que de ꝯmentario chri
ſoſtomi ſuper matheum ſumuntur oportuit inſeri
bi in titulo ſuper matheum. vt per hoc ab alijs q̄
ſumuntur de ipſius homeliario diſtinguantur. In
aſſumendis autem ſanctorum teſtimonijs plerūqꝫ
oportuit aliqua reſcindi de medio ad prolixitatē
vitandam. necnon ad manifeſtiorem ſenſum. vel
ſm̄ ꝯgruentiam expoſicionis littere ordinē com
mutari. Interdum etiaꝫ ſenſum poſui. verba dimi
ſi. precipue in omelia chriſoſtomi ꝓpter hoc ꝙ
eſt tranſlatio vitioſa. Fuit autem mea intencio in
hoc ope non ſolum ſenſum proſequi litteralem. ſꝫ
etiam miſticum ponere. interdum etiam errores
deſtruere. necnon confirmare catholicam verita
tem. Quod quidem neceſſarium fuiſſe videtur. qꝛ
in euangelio. precipue forma fidei catholice tra
ditur. et tocius vite regula xp̄iane. Prolixū igit̄
p̄ns opus non videatur alicui. fieri eīn non potuit
vt hec omnia ſine diminutione proſequerer ꝛ tot
ſanctorum ſentencias explicarem omnimoda bre
uitate ſeruata. Suſcipiat itaqꝫ veſtra ſanctitas
p̄ns opus veſtro diſcuciendum corrigendumqꝫ iu
dicio. veſtre ſollicitudinis et obedientie mee fru
ctum. vt dum a vobis emanauit preceptum ꝛ vo
bis reſeruatur finale iudicium ad locum vnde exe
unt flumina reuertantur.

EVangelij pronunciator apertus yſaias
ꝓpheta euangelice doctrine ſublimitatē
nomen et materiam breuiter ꝯprehen
dens Euangelicum doctorem ex pſona
domini alloquitur dicens. Super montē excelſū
aſcende tu qui euangelizas ſion. exalta in fortitu
dine vocem tuam. qui euangelizas hieruſalem. ex
alta. noli timere. dic ciuitatibus iude. ecce deus
veſter. ecce dn̄s deꝰ in fortitudine veniet. et bra
chium eius dominabitur. ecce merces eius cum eo
Vt autem ab ip̄o euangelij nomine ſumamus exor
dium Auguſtinus ꝯtra fauſtum. euangelij nomē
latine interpretatur bonus nuncius vel bona anū
ciatio. quod quidem cum aliquod bonum anuncia
tur ſp dici pōt. ꝓprie tn̄ hoc vocabulum obtinuit
anunciatio ſaluatoris. Narratores q̄ppe originis
factorum dictorum paſſionum dn̄i iheſu xp̄i ꝓprie
dicti ſunt euangeliſte Chri. in omelia. Quid eīn
his bonis nunciatis fiat equale? deus in terra. hō

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

in celo · amicicia dei ad noſtram facta naturam ·
prolixum ſolutum prelium dyabolus ꝯfuſus · mors
ſoluta · paradiſus apertus Et hec omnia ſup̄ dig
nitatem noſtram · et cum facilitate nobis data ſūt
non quia laborauimus · ſ3 quia dilecti ſumus a deo
Aug · in de vera religione · Cum enim omnibus
modis medeatur animus · deus pro tp̄m oportum
tatibus que mira ſapiencia eius ordinantur nullo
modo beneficentius ꝯſuluit generi humano · q̄m
cum vnicus filius conſubſtancialis patri et coeter
nus totum hominem ſuſcipere dignatus eſt · et ver
bum caro factum eſt et habitauit in nobis · ita eñ
demonſtrauit · q̄ꝫ excelſum locum inter creaturas
habeat humana natura in hoc ꝙ hominibus in ve
ro homine apparuit Aug · in ſermone de natiui⸗
tate Demum factus eſt deus homo vt homo fieret
deus · Hoc igitur bonum euangelizandum prenun
ciat ꝓpheta · dicens · Ecce deus veſter · Beda in
epiſtola ad Flauianum · Exinanitio autem illa qua
ſe inuiſibilis viſibilem prebuit · et cauſator ac do
minus omnium rerum vnus voluit eſſe mortalium
inclinatio fuit miſerationis · non defeccio pote
ſtatis Glo · ne ergo ſic deus adeſſe credatur · vt
fieret aliqua diminucio poteſtatis ſubiungit pro
pheta · Ecce dominus ī fortitudine veniet Aug
de doctrina xp̄iana · Non per locorum ſpacia veni
endo · ſ3 in carne mortali mortalibus apparendo ·
Beda in ſermone de domini paſſione · De ineffa
bili autem dei potencia factum eſt · vt dum deus
verus eſt in carne paſſibili · ꝯferatur homini glīa
per contumeliam · incorruptio per ſupplitium · vi
ta per mortem · Aug · de baptiſmo paruulorum
Fuſo eñ ſanguine ſine culpa · omnium culparum ci
rographa deleta ſunt · quibus homines a dyabo
lo antea tenebantur · Glo · quia ḡ per virtutem
xp̄i pacientis homines a peccato liberati · ſui fa⸗
cti ſunt dei · Sequitur · Et brachium eius dñabit̄ ·
Leo papa in ſermone de paſſione · Affuit autē
nobis in xp̄o ſingulare preſidium vt in natura pa
ſſibili mortis conditio non maneret quam impaſſi
bilis eſſentia recepiſſet · Et per id quod non pote
rat mori poſſit id quod mortuum erat ſuſcitari
Glo · Et ſic per xp̄m nobis immortalis glorie adi⸗
tus aperitur · Vnde ſequitur · Et merces eius cum
eo · de qua ſc3 ip̄e dicit Merces veſtra copioſa eſt
in celis Aug contra fauſtum · Eterne eñ vite ꝓ
miſſio · regnumq̄ꝫ celorum ad nouum pertinet te⸗
ſtamentum · tp̄alium vero promiſſiones teſtamen
to veteri continentur · Gloſa · ſic ergo quatuor
nobis de xp̄iſto euangelica doctrina tradit ·
diuinitatem aſſumentem · humanitatem aſſumptā
mortem per quam a ſeruitute eripimur · reſurrecti
onem per quam nobis aditus glorioſe vite aperi
tur · Et ꝓpter hoc in ezechiele ſub figura q̄tuor
animalium demonſtrantur Greg · ſuper Ezech ·
· Ip̄e eñ vnigenitus dei filius veraciter factus eſt
homo · ip̄e in ſacrificio noſtre redemptionis dig⸗
natus eſt mori vt vitulus · Ip̄e per virtutem ſue
fortitudinis ſurrexit vt leo · Ip̄e etiam aſcendens
ad celos eſt eleuatus vt aquila Glo · In q̄ aſcen
ſione manifeſte oñdit ſuam diuinitatem Matheus
ḡ in homine intelligitur quia circa humanitatē
xp̄i principaliter immoratur · Marcus in Leone ·
quia agit de reſurrectione · Lucas in vitulo · quia
agit de ſacerdocio · Johannes in aquila · ſcribens
ſacramenta diuinitatis Ambro · ſuper lucam · Et
bñ accidit vt quoniam euangelij librū ſm̄ matheū
dicimus eſſe moralem · opinio huius premittere
mores eñ ꝓprie dicuntur humani · Figura autem
leonis aſcribitur marco · quia a potencie cepit ex
preſſione diuine · cum dixit · Inicium euangelij hieſu
xp̄i filij dei · Johanni autem figura aquile · eo ꝙ di
uine miracula reſurrectionis expreſſit Greg · in
ſermone domini Hec autem ip̄a vniuſcuiuſq̄ꝫ libri
euangelica exordia teſtantur · nam quia ab huma
na generatione cepit iure per hominem Matheꝰ
Quia per clamorem in deſerto · recte per leonem
Marcus · Quia a ſacrifitio · bñ per vitulum Lucas ·
Quia vero a diuinitate verbi cepit · digne per aq̄⸗
lam ſignificatur Johānes · Augꝰ · de con · euan ·
Vel matheus qui regiā xp̄i perſonam maxime cō
mendauit · per leonem ſignificatur · Lucas autem
per vitulum ꝓpter victimam ſacerdotis Marcus
autem qui neq̄ꝫ ſtirpem regiam neq̄ꝫ ſacerdotalē
narrare voluit · et tamen ī humanis verſatꝰ oñdit̄
hominis figura ſignificatur · Hec autem tria ani
malia leo · homo · vitulus in terra gradiuntur · vñ
iſti tres euangeliſte in iſtis maxime occupati ſunt
que xp̄s in carne op̄atus eſt · At vero iohannes ve
lut aquila volat · et lucem incommutabilis verita
tis accutiſſimis cordis oculis intuetur · Ex quo da
tur intelligi tres euangeliſtas circa actiuam vitā
fuiſſe verſatos · Johē3 vero circa contemplatiuā
Remig · Doctores autem grecorum per hominē
intelligunt matheum · quia genealogiam domini
ſm̄ carnem deſcripſit · per leonem vero iohannem
q2 ſicut leo ſuo rugitu cunctis beſtijs timorē incu
tit ſic et iohannes cunctis hereticis timorē īcuſſit
Per vitulum intellexerunt lucam · quia vitulus ſa
cerdotalis eſt hoſtia · et ip̄e ſp̄ circa templum ⁊ ſa
cerdotium verſatus eſt Et per aquilam marcum ī
tellexerunt · quia aquila in ſcripturis diuinis ſolz
ſignificare ſp̄m ſanctum · qui locutus fuit per ora
ꝓphetarū · et ip̄e a ꝓphetico teſtimonio exorſus ē
Hieronimus · Circa numerum vero euangeliſta
rum · ſciendum eſt plures fuiſſe qui euangelia ſcri
pſerunt · ſicut ⁊ Lucas euangeliſta teſtatur dicēs
Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare · ⁊c̄ ·
Et ſicut perſeuerantia vſq̄ꝫ ad pn̄s tp̄s monimen
ta dederant · que a diuerſis autoribus edita diuer
ſarū hereſum fuē principia · vt eſt illud iuxta egi
ptios ⁊ thomam · et mathiam · et bartholomeum ·
xij q̄ꝫ apoſtolorum · et baſilidis atq̄ꝫ apellis et re⸗
liquorum · quos enumerare longiſſimum eſt · eccīa
autem que ſupra petram domini voce fundata eſt
quatuor flumina paradiſi inſtar eructuans q̄tuor
anulos et angulos habet · per quos quaſi archa
teſtamenti et cuſtos legis domini lignis mobili⸗
bus vehitur · Aug · de queſtionibus euangeliſta
rum · Vel quoniam quatuor ſunt partes orbis ter
re · per cuius vniuerſitatem xp̄i eccleſia dilatatur
Alius autem fuit eis ordo cognoſcendi atq̄ꝫ p̄di/
candi · alius aūt ſcribendi · Ad cognoſcendum quiſ⸗
ꝑpe atq̄ꝫ predicandum primi fuerunt · qui ſecuti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt dominum in carne p̄ſentem docentem audier̄t facientemq̨ viderunt· atq̨ ex eius ore ad euangelizandum ſunt miſſi· Sed in conſcribendo euangelio quod diuinitus ordinatum eſſe credendum eſt ex numero eorum quos ante paſſionem dn̄s elegit primum vltimumq̨ locum duo tenuerunt· primū matheus· vltimum iohannes · vt reliqui duo qui ex illo numero n̄ erāt· ſ; tn̄ xp̄m in illis loquentez ſecuti erant tanq̄ filij amplectendi· ac per hoc in loco medio conſtituti vtroq̨ ab eis latere munirentur· Remigius· Matheus quidem ſcripſit in iudea ſub tp̄e Gay caligule imperatoris Marc⁹ in ytalia rome ſub tp̄e Neronis vel claudij · ſcd̄m rabanum· Lucas vero in achaie bocieq̨ ptibus rogatus a theophilo· Et iohannes Epheſi ī aſia minori ſub tp̄e Nerue principis · Beda· Sed tn̄ cum ſint quatuor euangeliſte · non tam quatuor euangelia q̄ vnum quatuor librorum veritati conſonum ediderunt· Sicut eī duo verſus eandem prorſus hn̄tes materiam pro diuerſitate metri ꝛ verborum duo ſunt· ꝛ tn̄ non niſi vnam ↄtinent ſentenciam· ſic euangeliſtarum libri cum ſint q̄tuor vnum ↄtinent euangelium· quia vnam doctrinam faciunt de fide catholica Chri· in omelia· Sufficiebat autem vt vnus euangeliſta omnia dicēt· Sed cum quatuor ab vno ore omnia loquantur· non ſm̄ eadē tp̄a· neq̨ in eiſdem locis ↄuenientes et adinuicem colloquentes maxima fit demonſtracio veritatis· Et hoc ipſum quod in aliquibus modicis diſſonare videntur maximū ſignum veritatis eſt· Si eī per omnia conſonarent· crederent inimici ꝙ ex placito quodam humano conuenientes ſcripſerint que ſcripſerunt· In principalibus quidem que pertinent ad informationem vite ꝛ predicationem fidei nequaq̄ diſſonant· nec in paruo· Si autem in miraculis· hic quidem hoc· ille vero illa dixit· hoc te non conturbet· Si eī vnus oīa dixiſſet ſuperfluus eſſet numerus reliquorum· Si omnes diuerſa· nequaq̄ conſonancie demonſtracio appareret· Si autem aliquid de temporibus· vel modis differenter annunciant· hoc nihil impedit eorum que dicta ſunt veritatem· vt· i· oſ̄ndetur

Aug· de con· euan· Quamuis autem ſinguli eorum ſuum quendam narrandi ordinem tenuiſſe videantur· non tn̄ vnuſquiſq̨ eorum velut alterius precedentis ignarus voluiſſe ſcribere reperitur· vel ignorata pretermiſiſſe que ſcripſiſſe alius inueniē ſ; ſicut vnicuiq̨ inſpiratum eſt non ſuperfluaz cooperationem ſui laboris adiunxit Glo· Sublimitas autem euangelice doctrine · conſiſtit quidem primo in eius excellentiſſima autoritate Aug⁹· de con· euan· Inter omnes eī diuinas autoritates que ſanctis litteris continentur euangelium merito excellit· cuius primi predicatores apoſtoli fuerunt· qui dominum Iheſum ſaluatorem nr̄m xp̄m· etiam in carne p̄ſentem viderunt· Quorum quidem hoc eſt matheus ꝛ iohannes etiam ſcripta de illo que ſcribenda viſa ſunt libris ſingulis ediderunt Ac ne putaretur quod attinet ad percipiendum· ac predicandum euangelium intereſſe aliq̄d vtrum illi annuncient qui eundem dominum hic in carne apparentem ſecuti ſunt· an alij qui ex illis ↄparata fideliter crediderunt diuina prouidencia procuratum eſt per ſpm̄ ſanctum· vt quibuſdam etiam ex illis qui primos apoſtolos ſequebantur· nō ſolum annunciandi· vm̄ etiam ſcribendi euangelium tribueretur autoritas Glo· Et ſic patet ꝙ ſublimitas euangelice autoritatis a xp̄o dependet Et hoc deſignatur in verbis ꝓphete premiſſis· cū dr̄ Super montem excelſum aſcende tu Mons enim excelſus eſt xp̄s· de quo idem yſaias dicit· Erit in nouiſſimis dieb⁹ p̄parat⁹ mons· dom⁹ dn̄i in vertice montium· id eſt ſuper omnes ſanctos qui a monte xp̄o montes dicuntur· quia de plenitudine e⁹ oēs accepimus· Recte autem ad matheum dicitur· Supra montem excelſum aſcende tu· quia ſicut predictum eſt ipe in ꝓpria perſona facta xpriſti vidit· et eius doctrinam audiuit· Aug· de queſt· euan· Illud autem diſcutiendum eſt· quod ſolet nōnullos mouere · cur ipe dominus nihil ſcripſerit· vt alijs de ipo ſcribentibus · neceſſe ſit credere· Sed nequaquaz dicendum eſt ꝙ ipe non ſcripſerit· qn̄ quidez membra eius id operata ſunt· quod dictante capite ↄgnouerunt· Quicquid eī de ſuis factis et dictis nos legere voluit · hoc ſcribendum illis tanq̄ ſuis manibus imperauit· Glo· Secundo etiaz h; euangelica doctrina ſublimitatez virtutis Vnde apoſtolus dicit ꝙ euangelium virtutis dei eſt in ſalutem omni credenti· Et hoc oſtendit propheta in premiſſis verbis· cum dicit· Exalta ī fortitudine vocem tuam· in quo etiam et modū euangelice doctrine deſignat in exaltacione vocis per quam doctrine claritas datur intelligi Aug⁹· ad voluſianum Modus eī ipe quo ſancta ſcript̄a contexitur omnibus acceſſibilis· ea que apte continet· quaſi amicus familiaris ſine fuco ad cor loq̄tur indoctorum · atq̨ doctorum· Ea vero que in miſterijs occultat· nec ipa eloquio ſuperbo erigit quo non audeat accedere mens tardiuſcula et inerudita · quaſi pauper ad diuitem· ſ; inuitat oīs humili ſermone quos non ſolum manifeſta paſcat ſ; etiam ſecreta exerceat veritate· hoc in ꝓmptis quod in reconditis habens· Sed ne aperta faſtidirentur eadez rurſus aperta deſiderantur· deſiderata quodammodo renouantur · renouata ſuauiē intimantur· Hijs ſalubriter et praua corriguntur et parua nutriuntur et magna oblectantur ingenia Glo· Sed quia vox exaltata longius audit̄· poteſt in exaltacione vocis euangelice · doctrine publicatio deſignari· quia non ad vnam tm̄ gentem ſ; ad vniuerſas nationes predicanda mandat̄ Predicate inquit dn̄s euangelium omni creature

Greg · poteſt enim omnis creature nomine· natio gentium deſignari Glo· Tercio autem h; euangelica doctrina altitudinē libertatis Aug · In veteri eī teſtamento ꝓpter tp̄alium bonorum promiſſionem· malorumq̨ ↄminationem · ſeruos parit temporalis hieruſalem · In nouo autem vbi fides impetrat caritatem· qua lex poſſit impleri non magis timore pene q̄ dilectione iuſticie liberos parit hieruſalem eterna· Glo· vnde et hanc ſublimitatem doctrine euangelice ꝓpheta deſiḡt dicens · Exalta noli timere· Reſtat autem videre quibus et qua de cauſa hoc euangeliū ſit ſcriptū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hiero· Matheus eñ euangelium in iudea hebreo
ſermone edidit ·ob eorum maxime cauſam · qui in
hieruſalem crediderant ex iudeis Cum eñ primo
predicaſſet euangelium in iudea volens tranſire
ad gentes· Primus euangelium ſcripſit hebraice
quod fratribus a quibus ibat inmemoria dereli=
quit· Sicut eñ neceſſe fuit ad confirmationem fi
dei euangelium predicari·ſic et contra hereticos
ſcribi  Chri corp9at ſue narrat ōis ordinauit ma
theus· Primum ḡ natiuitatem·deinde baptiſmū·
tercio temtacionem·quarto doctrinā·quinto mi
racula·ſexto paſſionem·ſeptimo reſurrectionē et
aſcenſionem ipſius · non ſolum hyſtoriam de xp̄o
exponere volens per hoc· verum etiam euangeli
ce vite ſtatum docere·quoniam nihil eſt q̄ ex pa
rentibus naſcimur·niſi iterum per aquam et ſp̄m
renati fuerimus ex deo· Poſt baptiſmum autē ne
ceſſe eſt contra dyabolum ſtare· poſt hoc quaſi oī
ſupata temtacione fct9 ydoneus ad docendū Siq̄
dem ſacerdos eſt doceat· et doctrinam ſuam bone
vite quaſi miraculis factis omendet· Si laycus ē
opibus doceat fidem Deinde neceſſe eſt exire nos
de hoc ſtadio mundi· et tunc reſtat vt temtacionū
victoriam reſurrectionis merces ſequatur et glā
Glo· patet igitur ex premiſſis euangelice do=
ctrine materia ſcriptorum euangeliȷ̄· numerus· fi
gura differencia et ordo· euangel ce doctrine ſub
limitas· et quibus hoc euangelium ſit ɔſcriptum ·
et ordo proceſſus ip̄ius  Quia faciem hoīs
Matheus ſignificat·
quaſi de homine exor
ſus eſt ſcribē dicens·
Liber generationis·

## CAPITV ·I·

Liber gene
rationis ie
ſu xpriſti fi
liȷ dauid· fi
liȷ abraam·

Rabanus· quo ex=
ordio ſatis oñdit ge
nerationem xp̄i ſcd̄m
carnem ſuſcepiſſe nar
randam  Chriſoſt·
Iudeis eñ euangeliū
ſcripſit· quibus ſup=
fluum erat exponere
diuinitatis naturam quam cognoſcebant· neceſſa
rium autem fuit eis miſterium incarnationis oſtē=
dere · Iohannes autem cum gentibus euangeliū
ſcripſit· que non cognoſcebant ſi deus filium hȝ ·
ideo neceſſarium fuit primum illis oſtendere · qȝ
eſt filius dei deus· deinde quia carnem ſuſcepit
Rabanus· Cum autem paruam libri particulā te
neat generacio· dixit· Liber generationis· Con=
ſuetudo eñ hebreorum eſt vt voluminibus ex eo
rum principijs imponant nomina ·vt eſt geneſis·
Glo· planior autem ſenſus eſſet· hic eſt liber ge
nerationis Sed hic eſt mos in multis vt viſio yſaie
ſubaudis hec eſt Generationis autem ſingulariter
dicitur· q̄uis multe per ordinem replicentur · qȝ
ꝓpter xp̄i generationem cetere hic inducuntur·
Greg9· in ome· vel ideo librum hunc gn̄ationis
nominat· quia hec eſt tocius diſpenſationis ſuma
et radix bonorum omnium deum hominem factum
eſſe· hoc eñ facto alia ſm̄ rationem ſequebantur·
Remigius· dicit autem liber gn̄ationis hieſu
xp̄i· quia nouerat ſcriptum eſſe · Liber gn̄ationis

Ade· et ideo ſic exorſus eſt vt opponeret librum li
bro· adam nouum ade veteri· quia omnia per iſtū
ſunt reſtaurata· que per illum ſunt corrupta·
Hiero9· In yſaia autem legimus· Gn̄ationem eius
quis enarrabit· non ḡ putemus euangeliſtā pro
phete eſſe ɔtrarium· vt quod ille impoſſibile di=
xit eſſe affatu· hic narrare incipiat· quia ibi de ge
neratione diuinitatis hic de incarnatione dictum
eſt  Chri· in omelia· nec tñ parua eſtimes te audi
re hanc audiens gn̄ationem· Eſt eñ valde ineffa=
bile· q̄ deus ex muliere naſci dignatus eſt· et hic
progenitores dauid et abraham·  Remigius Si
autem aliquis dixerit quia ꝓpheta de natiuitate
humanitatis dixit· non eſt rn̄dendum nullus gn̄a
tionem domini narrauit ſȝ perrarus quia mathe9
et Lucas  Rabanus· In hoc autem q̄ dicit hieſu
xp̄i· regalem et ſacerdotalem in eo exprimit dig
nitatem nam hieſus qui nominis huius preſagiū
pretulit· primus poſt moyſen in populo Iſrahel
ducatum tenuit· Aaron vero miſtico conſecratus
vnguento primus in lege ſacerdos fuit  Aug9·
de queſt· noui et ve· te· Quod autem per olei vnctio
nem preſtabat deus illis qui in reges vel ſacerdo
tes vngebantur· hoc preſtitit ſpuſſanctus homi·
xp̄o addita expiatione· Sp̄us eñ ſanctus purifi/
cauit quod de maria virgine in corpus ſaluatoris
profecit· et hoc eſt vnctio corporis ſaluatoris· q̄
re xp̄s eſt appellatus  Chri· ſuper matheum· qȝ
vero impia prudencia iudeorum negabat hieſum
de dauid ſemine eſſe natum· ſubdit· filiȷ dauid· filiȷ
abraā· Quare aūt non ſufficiebat dicere illū filiū
abrahe ſolius aut dauid ſolius· quia ad ambos de
xp̄o naſcituro ex eis ꝓmiſſio fuerit facta· ad abra
am quidem ſic· et in ſemine tuo bn̄dicentur omnes
gentes terre· Ad dauid autem ita· de fructu ven=
tris tui ponam ſuper ſedem tuam· Ideo ergo vtriu
ſqȝ filium dixit vt vtriuſqȝ promiſſionem in xp̄o
adimpletos oñderet· Deinde quia xpriſtus tres
dignitates fuerat habiturus· rex· ꝓpheta· ſacer=
dos· Abraam ꝓpheta fuit et ſacerdos· Sacerdos
ſicut deus ad illum dicit in Geneſi Accipe mihi fa
ccam rufam· Sicut ait dominus ad abimelech de
illo· Propheta eſt et orabit ꝓ te· Dauid rex fuit
et propheta· ſacerdos autem non fuit· ideo ḡ am
borum filius nominatus eſt vt vtriuſqȝ patris tri
plex dignitas origiali iure recognoſcētur in xp̄o
Ambro· ſuper lucam· Ideo etiam duos gn̄is au
tores elegit· vnum qui de cognatione populorū
promiſſum accepit · alterum qui de gn̄atione xp̄i
oraculum conſecutus eſt· Et ideo licet ſit ordine
ſucceſſionis poſterior · prior tamen deſcribitur·
quia plus eſt promiſſum accepiſſe de xpriſto· q̄m
de eccleſia que eſt per xp̄m· Pocior eſt eñ qui ſal
uat eo quod ſaluatur  Hiero· ordo eñ prepoſte
rus ſȝ neceſſario commutatus· Si eñ primum po
ſuiſſet abraam et poſtea dauid· rurſus ei repeten
dum fuit abraham vt gn̄ationis ſeries texeretur·
Chri· ſuper matheum· Altera autem ratio eſt ·
quia regni dignitas maior eſt q̄ nature · nam et
ſi abraham precedebat in tp̄e· dauid precedebat
in dignitate  Glo· quia vero ex hoc titulo appa
ret totum hunc librum conſcribi de hieſu xpriſto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

neceſſarium eſt p̄cognoſcē quid ſit ſenciendum de
ip̄o· Sic em̄ melius exponi potuerunt que in hoc
libro de eo dicuntur   Aug· de queſt· euan· Error
autem hereticorum· de xp̄o tribus gn̄ibus termia
tur aut de diuinitate· aut de humanitate· aut de
vtroq̄ꝫ falluntur   Aug· de hereſibus· Cherint9
ꝗ̄ ꝛ Ebion· hieſum xpriſtum hominem tm̄ fuiſſe
dixerunt· quos ſecutus paulus Samazaten9 xp̄m
non ſp fuiſſe· ſꝫ eius inicium· ex quo de maria natus
eſt aſſeuerat· nec eū aliquid amplius q̄ꝫ hominez
putat· Et hec heresis poſtea a Photino confir=
mata eſt·   Aug· contra hereticos Johannes aūt
apoſtolus iſtius inſaniaz longe ante ſpūſancto cō
ſpiciens· eum alto impericie ſopore demerſū· ſue
vocis preconio excitat· dicens· In principio erat
verbum· Ei ergo q̄ in principio erat apud deum
non relinquitur in nouiſſimo tp̄e· vt originis ſue
ab homine principium ſumpſerit· Item inquit· p̄r
glorifica me· illa gloria quam habui apud te pri
uſq̄ꝫ mundus fieret· audiat photinus eum gloriaz
an̄ principium poſſediſſe·   Aug· de here· neſtorij
autem peruerſitas fuit vt hominem tantummodo
ex beata maria virgine genitum predicaret· quē
verbū dei non in vnitatem perſone ſꝫ in ſocietatē
ſeparabilem recepiſſet· quod catholicoruꝫ aures
nequaq̄ꝫ ferre potuerunt·   Aug9· ad monachos
Egipti· ait em̄ apoſtolus de vnigenito· q̄ cum in
forma dei eſſet· non rapinam arbitratus eſt eſſe
ſe equalem deo· Quis eſt ꝗ̄ ille qui eſt in forma dī
aut quomodo exinanitus eſt et deſcendit ad hu=
militatem ſm̄ hominis formam· Et quidem· Si
predicti heretici in duos diuidentes xp̄m· id eſt ī
hominem et verbum· hominem dicunt ſuſtinuiſſe
exinanitionem ſeparantes ab eo dei verbum· pre
oñdendum eſt· quia in forma et in equalitate inte
lligitur et fuit patris ſui vt exinanitionis ſuſtine
ret modum Sed nihil creaturarum eſt· ſi ſm̄ p̄priā
intelligatur naturam in patris equalitate· Quō
ergo exinanitus dī et ex qua eminencia· vt eſſet
homo deſcendit· aut quomodo intelligit̄ aſſump
ſiſſe tanq̄ꝫ non habens in principio ſerui formam·
Sed aiunt q̄ verbum patri equale exiſtens habi
tauit in homine nato per mulierem· Et hec eſt ex
inanitio· Certe audio filium dicentem ſanctis apo
ſtolis· Siquis diligit me verbum meum cuſtodiet
Audis quomodo in eis qui ſe diligunt ſe et ſibi co
habitare dixit deum patrem· Putas ꝗ̄ ip̄m exina
nitum et vacuatum· dabimus et ſerui formam ac=
cepiſſe quia in diligentium ſe animabus ſanctis fa
cit manſionem· Quid autem ſpūs habitans in no
bis putatis et ip̄e humanationis diſpenſacōez ad
implet· Abbas yſidorus ad archipre· Vnū ne vni=
uerſa annumeremus· vnum ad quod vniuerſa inten
dunt dicemus· Quia illum qui deus erat humilia
loqui et diſpenſatiuum ſimul et vtile eſt· et nihil
inuiolabili nature preiudicat Eum vero qui homo
eſt diuina et ſupernaturalia quedam loqui ſūme
preſumptionis eſt malum· nam regi quidem licet
etiam et humiliter agē· militi vero non licet im=
periales voces emittē· Si igitur deus erat huma
nitus etiam humilia locum habent Si vero homo
tantum erat excelſa non habent locum·   Aug9·
de hereſibus Sabellium diſcipulum Noeci quidaz
perhibent qui dicebat xp̄m eundem et patrem et
ſpm̄ſanctum   Aug· contra hereticos· Ho9 autem
inſaniſſimam furoris audaciam celeſtium teſtimo
niorum autoritate frenabo· ad demonſtrandam
p̄prie ſubſtancie filij perſonam· non illa que hoī
ſuſcepto congruē cauillatur aſſumens· ſꝫ illa ī me
dium proferens teſtimonia· que ſine vllo ancipi=
tis intelligēcie ſcrupulo diuinitati eius competē
omnes pariter confitentur· In geneſi enim deum
dixiſſe legimus· Faciamus hominem ad ymaginez
et ſimilitudinem noſtram· Ecce pluraliter dicit fa
ciamus· alium videlicet indicans ad quem loquen
tis factus eſt ſermo· Si vnus eſt ad ymaginem ſu
am feciſſe dicētur· nunc autem alius et alteri9 ima
ginem aper eius feciſſe deſcribitur   Glo· alij vero
veram xp̄i humanitatem negauerunt· Valentin9
em̄ dixit xp̄m a patre miſſum ſpiritualevel celeſte
corpus attuliſſe· nihilq̄ꝫ aſſumpſiſſe de maria vir
gine· ſꝫ per illam tanq̄ꝫ per riuum aut fiſtulaz ſine
aſſumpta carne tranſiſſe· Nos autem non ideo cre
dimus natum ex maria virgine· q̄ aliť in vera car
ne exiſtē atq̄ꝫ hominibus app̄arē non poſſet· ſꝫ q̄a
ſic ſcriptuꝫ eſt in ea ſcriptura cui niſi crediderim9
nec xp̄iani nec ſalui eſſe poterimus Si autem de ce
leſti aut aerea vel humida creatura corpus aſſum
tum vellet commutare in humane carnis veriſſi
mam qualitatem· hoc eum potuiſſe facē quis nega
ret   Aug· de hereſibus· Manichei vero dixerunt
fantaſma eſſe dominum hieſum xpriſtum nec femi
neo poſſe naſci ex vtero·   Aug· lxxxiij· queſtion·
Sed ſi fantaſma fuit corpus xp̄i fefellit xp̄us· et
ſi fallit veritas non eſt· Eſt autem veritas xp̄us·
non ꝗ̄ fantaſma fuit corpus eius·   Glo· Et quia
principium huius euangelij· ꝛ etiaz euangelij ſm̄
Lucam manifeſte oñdit xp̄m natum ex femina· ex
quo apparet vera xp̄i humanitas· Ergo vtriuſq̄ꝫ
euangelij principia negant   Aug· ꝯtra fauſtum
Vnde fauſtus dicit euangelium quidem a predica
tione xpriſti et eſſe cepit et nominari· in quo ip̄e
nuſq̄ꝫ ſe natum ex hominibus dicit· At vero ge
nealogia a deo non eſt euangelium· vt nec eius
ſcriptor auſus fuerit eum euangelium nominare
Quid em̄ ſcribit Liber gn̄ationis ieſu xp̄i filij da
uid non ergo liber euangelij hieſu xp̄i· ſꝫ liber ge
nerationis· At vero marcus quia gn̄ationem ſcri
bere non curauit· ſꝫ tm̄ predicationem filij dei qđ
eſt euangelium· vide q̄ꝫ competenter ſit exorſus·
Euangeliū inquit hieſu xpriſti filij dei· vt ꝛ hic
ſatis appareat genealogiam non eſſe euangelium
nanq̄ꝫ ꝛ in ip̄o matheo poſt incluſum Johannem
in carcē tunc legit̄ ihm̄ cepiſſe p̄dicare euāgeliū
regni· Ergo quicquid ante hoc narratur genealo
giam eſſe conſtat non euangelium· Ad iohannem
ergo ꝛ marcum me contuli· quorum mihi princi
pia non immerito placuerunt· quia nec dauid nec
mariam inducunt· nec ioſeph· contra quem augu
ſtinus· Quid ergo reſpondebit apoſtolo dicenti
Memor eſto hieſum xpriſtum reſurrexiſſe a mortu
is ex ſemine dauid ſm̄ euangelium meum· Qđ aūt
erat apoſtoli pauli euangelium· hoc etiam cetoꝝ
apoſtolorum et omnium fideliū· hoc em̄ alibi dicͭ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Siue ego ſiue illi ſic p̄dicauim⁹. Et ſic credidiſtis
ꝓ̄ō ei om̄es illi euangeliū predicauerūt Augu
de hereſib⁹. Arriani aūt patrē et filiū et ſpiritū
ſanctum nolunt eſſe vni⁹ ei⁹dem q̄ʒ ſubſtācie na
ture. aut exiſtencie. Sed eſſe filium creaturam pa
tris. Spiritum vero ſanctum creaturam creature
hoc eſt ab ipſo filio creatum volūt. Chriſtū etiā
ſine anima carnem ſuſcepiſſe arbitrantur Augu
primo de tri. Sed Johannes in eo declarat filiū
non tm̄ deum eſſe. ſʒ etiam eiuſdē cū patre ſubſtā-
cie. q2 cum dixiſſʒ et deus erat verbū. addidit oīa
p ipm̄ facta ſunt vn̄ appet ipm̄ factum non eſſe p
quem facta ſunt omnia Et ſi factus non eſt creat⁹
non eſt. Et ſic eiuſdeʒ cum patre ſubſtancie ē. oīs
enim ſubſtancia que de⁹ non eſt. creatura ē Au
guſtinus contra. Felicianum. Neſcio ei quid nobis
mediatoris pſona contulerit. qui medius noſtrū
non redimēs carnē q̄ ſine anima nec bn̄ficiū poſſit
ſentire ſuſcepit. Si enī venit xp̄s ſaluū facē quod
perierat. quia totus homo periit. totus beneficiō
ſaluatoris indiget. et ideo xp̄us veniendo totum
ſaluat corpus et animam aſſumendo Aug. in li
bro. lxxxiij. queſtionum. Quomodo etiam ipſi re-
ſpondent taʒ manifeſtis obiectionib⁹ ex euangeli
ca ſcriptura. in qua ɔtra eos dominus taʒ multa
commemorat. vt eſt illud. Triſtis eſt anima mea
vſq3 ad mortem. Et poteſtatem habeo ponendi
aīam meam. et multa hmōi. que ſi dicant pabolis
eum locutum eſſe. habemus euangeliſtaꝝ racōs
qui res geſtas narrantes. ſicut eum corpus habu
iſſe teſtantur. ſic eum indicant habē animam per
affectiones que non poſſunt eſſe niſi in anima. eis
enī narrantibus legimus. Et miratus eſt Jheſus et
iratus. et multa hmōi Aug. de hereſibus. apol
linariſte autem ſicut Arriani xp̄m dixerunt carnē
ſolam ſine anima ſuſcepiſſe. In qua queſtione te
ſtimonijs euangelicis victi mentem qua rationał
eſt anima hominis defuiſſe anime xp̄i Sed ꝓ hac
ipm̄ verbum in ea fuiſſe dixerunt. Aug. i libro
lxxxiij. queſtionum. Sed ſi ita eſt beluam quandaʒ
cum figura humani corporis dei verbū ſuſcepiſſe
credētur Aug⁹. de hereſibus. De ipā vero eius
carne ſic a recta fide diſſenſiſſe perhibentur. vt
dicēnt carnem illam et verbum vnius eiuſdemq̄ʒ
ſubſtancie eſſe. contentioſiſſime aſſeuerantes ver
bum carnem factum. hoc eſt. verbi aliquid in car
nem fuiſſe mutatum atq3 conuerſum. non aūt car-
nem de marie carne ſuſcepiſſe. conuerſum atq3 mu
tatum. non autem in carnem de maria ſuſceptam.

Cirillus in epl̄a ad Johannem antiochi Furere
autem arbitramur eos qui ſuſpicati ſunt. q̄ muta
cionis obumbratio circa diuinam verbi naturam
poteſt ɔtingere. manet enī quod eſt ſp̄ et nō mu
tatur. nec conuerſionis eſt capax. Leo ad ɔſtan
tinopoli. nos autem non ita dicimus xp̄m hominē
vt aliquid ei deſit quod ad humanam certum eſt
ptinē naturam. ſiue animam ſiue mentem racio-
nabilem. ſiue carneʒ que non de femina ſumpta ſit
ſʒ facta de verbo in carnem conuerſo atq3 mutato
Que tria falſa apollinariſtarum hereſis tres vari
as protulit partes Leo ad paleſtinos Eutices q̄ʒ
tercium apollinaris dogma delegit vt negata hu
mane carnis atq3 anime veritate totum dn̄m nr̄m
Jheſum xp̄m vnius aſſereret eſſe nature tanq̄ ver
bi diuinitas ipā ſe in carnem animamq̄ʒ verteret
et concipi naſci aut nutriri et cetera hmōi. ei⁹ tm̄
eſſencie fuerit ſcʒ diuine. que nihil horum in ſe ſi
ne carnis recepit veritate. qm̄ natura vnigeniti
natura eſt patris. natura eſt ſp̄ūſancti. ſimulq3 i-
paſſibilis et ſempiterna. Vn̄ ſi ab apollinaris p
uerſitate hereticus iſte deceſſerit. ne conuincētur
deitatem paſſibilem ſentire atq3 mortalem. et tm̄
verbi incarnati. id eſt verbi et carnis vnam au-
det pronunciare naturam. non dubie in manichei
et marcionis tranſit inſaniam. et dn̄m Jheſum xp̄m
ſimilatorie omnia credit egiſſe. nec humanū ipm̄
corpus. ſʒ fantaſticam corporis ſpeciem oculis ap
paruiſſe cernentium Idem ad iulianum. In eo vo
q̄ Eutices in ep̄ali iudicio auſus eſt dicere ante in
carnationem duas fuiſſe in xp̄o naturas. poſt in-
carnationem autem vnam. neceſſarium fuit vt ad
reddendam rationem profeſſionis ſue ſollicitis in
terrogationibus vrgeretur Arbitror enī eum ta
lia loquentem hoc habere perſuaſū q̄ anima quaʒ
ſaluator aſſumpſit p̄uſ in celis ſit commorata. q̄
de maria virgine naſceretur. Sed hoc catholice
mentes aureſq3 non tollerant. quia nil ſecum dn̄s
de celo veniens noſtre conditionis exhibuit. Nec
animam eius que anterior extitiſſet. nec carnem q̄
non materni corporis eſſet accepit. Vnde quod i
Origene merito damnatum eſt qui aīarum anteq̄
corporibus infererentur. non ſolum miras ſed et
diuerſas fuiſſe aſſeruit actiones. neceſſe eſt q̄ in
iſto plectatur. Remigius. Has igitur hereſes i
principio euangelij ſui euangeliſte deſtruunt. nā
matheus cum narrat eum duxiſſe originem per re
ges iudeorum. verum hominem eum oñdit. et vaʒ
carnem habuiſſe. Simil̄r et lucas qui ſacerdotalē
ſtirpem et perſonam deſcribit. Marcus autem cū
ait. Initium euangelij Jheſu xp̄i filij dei. et Johan
nes cum ait. In principio erat verbum. manife-
ſtant eum ante omnia ſecula. ſp̄ fuiſſe deum apud
deum patrem Aug. de ɔ. euan.

Matheus euangeli-
ſta oñdit gn̄ationem
xp̄iſti ſm̄ carnem ſe
ſuſcepiſſe narrandam
a genealogia xp̄iſti
exorſus eſt. Lucas aūt
tanq̄ ſacerdotem in
expiandis peccatis
magis aſſignās nō

**Abraam aūt genuit Iſaac. Iſaac autem genuit iacob. Jacob autē genuit Judam et fratres eius.**

ab initio euangelij ſui ſʒ a baptiſmo xp̄i gn̄acōes
enarrat vbi teſtimonium iohannes perhibuit. d.
Ecce qui tollit peccata mundi. In gn̄ationibus eē
mathei ſignificatur noſtroꝝ ſuſceptio peccatoꝝ
a dn̄o xp̄o. In gn̄ationibus autem luce ſignificatū
abolitio noſtrorum peccatorum ab ip̄o. Ideo ge
nerationes xp̄i matheus deſcendens enarrat Lu-
cas autem aſcendens. Humanam autem xp̄i gn̄aci
onem matheus deſcendendo deſcribens ad abraaʒ
gn̄aciones commemorat. Aug⁹. ſuper Lucam.
Prior enī abraam meruit fidei teſtimonium. quia
credidit deo et reputatum eſt ei ad iuſticiam. ideo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiam auctoꝛ gn̄is debuit ſignificari · quia inſtau
rande eccleſie ſponſionem pꝛimus emeruit · cū dr̄ ·
Bn̄dicentur in te oēs tribus terre · Et iterum · Da
uid delatum eſt ꝙ hieſus filius eius dicētur · Vn̄
huic pꝛerogatiua ſeruatur · vt ab eo gn̄acionis
dominice manaret exoꝛdium Chꝛi · Euangeliſta
igitur matheus gn̄ationem dominice carnis per
ſeriem parentum volens commendare memoꝛie oꝛ
diens a patre abꝛaam dicit · Abꝛaam genuit yſaac
Cur non dixit iſmael quē pꝛimitus genuit · Seqꝫ̄
Yſaac aūt genuit iacob · Cur non dicit Eſau · qui
eius pꝛimogenitus fuit · quia ſcꝫ per illos ad Da
uid peruenire non poſſꝫ Glo · omnes tn̄ fratres
iude cum ip̄o in gn̄atione computat · Quod etiam
ideo factum eſt · quia iſmahel et eſau non reman
ſerunt in cultu vnius dei · fratres vero iude in po
pulo ſunt computati Chꝛi · vel ꝓpterea · xij · pa
triarcharum meminit vt eam que ex pꝛogenitoꝝ
nobilitate eſt elationem auferret · Etem̄ multi ho
rum ex ancillis nati fuerunt · ſꝫ omnes ſimilit̄ erant
patriarche et tribuum pꝛincipes Glo · ideo aūt
iudam nominatim poſuit · quia de illo tm̄ domin9
deſcendit · In ſingulis autem patribus non ſolū dꝫ
notari hyſtoria ſꝫ allegoꝛia et moralitas · Allego
ria quidem in quo vnuſquiſqꝫ patrum xp̄m pꝛefi
guret · Moralitas in hoc notaturꝙ ex ſingulis pa
tribus in nobis aliqua virtus per ſignificationeꝫ
nominis vel exemplum edificetur · Abꝛaam ergo
in multis locis figuram xp̄i poꝛtat et pꝛeterea in
nomine · Abꝛaam em̄ pater multarum gentiūint̄
pꝛetatur · Et xpriſtus eſt pater multoꝝ fideliū ·
Abꝛaam etiam de cognatione ſua exijt · et ī terra
aliena demoratus eſt · et xp̄s derelicto iudaico po
pulo ad gentes per pꝛedicatores ſuos exiuit
Chꝛ · ſuper matheum · Yſaac autem interpꝛetatur
riſus · riſus autem ſanctoꝛum non eſt ſtricta cachin
natio labiorum ſꝫ rationabile gaudium coꝛdis qd̄
fuit miſterium xp̄i · Sicut em̄ ille parentibus in vl
tima ſenectute donatus eſt · leticia ſuis vt cognoſ
ſcatur · quia non erat filius nature ſꝫ gracie · ſic et
xp̄s in nouiſſimo fine pꝛoductus eſt a matre · Iudea
gaudium cunctis · Sed iſte per virginem · ille de
anu · ambo contra ſpem nature Remigius · Iacob
ſupplantatoꝛ interpꝛetatur · et de xpꝛiſto dicitur
Supplantaſti inſurgentes in me ſubtus me · iacob
genuit iudam et fratres eius · Chꝛi · ſup ma
theum · Et noſter Iacob genuit · xij · apoſtolos in
ſpū · non in carne · verbo non in ſanguine · Iudas
autem interpꝛetatur confeſſoꝛ · quoniam xpꝛiſti
erat ymago qui confeſſoꝛ patris erat futurus · d ·
Confiteoꝛ tibi pater domine celi et terre Glo ·
Moraliter autem abꝛaam nobis virtutem fidei p
exempla xp̄i ſignificat · cum de eo legatur Abꝛaaꝫ
credidit deo et reputatum eſt ei ad iuſticiaꝫ Yſaac
ſignificat ſpem quia interpꝛetatur riſus · fuit em̄
gaudiū parentū · Spes vero ſiſt̄ eſt gaudium no
ſtrum dū eterna bona ſperare facit et de eis gau
dere · Abꝛaā ergo genuit yſaac · quia fides gn̄at ſpē
· Iacob autem ſignificat caritatem · Caritas enim
amplectitur duas vitas · actiuam per dilectioneꝫ
pꝛoximi · contemplatiuam per dilectionem dei · ac
tiua per Liam · contemplatiua p rachel ſigficatꝛ ·
Lia enim laboꝛans interpꝛetatur · quia actiua in
laboꝛe eſt · Rachel viſum pꝛincipium · quia p con
templatiuam pꝛincipium id eſt deus videtur · Na
ſcitur ergo iacob de duobus parentibus · qꝛ caritas
naſcitur de fide et ſpe · Quod em̄ credimus et ſpe
ramus diligimus

**Iudas autem genuit phares ⁊ zaram · de Thamar Phares aūt genuit eſrō · Eſrō aūt genuit arā · Aram aūt genuit Aminadab · Aminadab aūt genuit naaſon · Naaſō aūt genuit ſalmon · Salmon aūt genuit Booz de Rhaab · Booꝫ autē genuit · Obeth ex Ruth · Obeth aūt genuit Ieſſe · Ieſſe autem genuit Dauid regem**

Glo · Pꝛetermiſſis
alijs filijs iacob euā
geliſta iude pꝛoſeqꝫ̄
gn̄ationem dicens · iu
das aūt genuit pha
res et zaram de tha
mar Aug · de ci · dei
Nec iudas pꝛimoge
nitus fuit · nec iſtoꝝ
geminoꝛum aliquis
fuit pꝛimogenit9 iu
de · ſed ante illos iam
tres genuerat · Eos
itaqꝫ tenuit in oꝛdīe
gn̄ationum · p quos
ad dauid atqꝫ inde q̄
intendēt perueniret
Hiero9 · notandum
autem in genealogia
ſaluatoꝛis nullaꝫ ſan
ctarum aſſumi mulie
rum ſꝫ eas quas ſcrip
tura repꝛehendit vt
qui ꝓpter peccatoꝛes
venerat · de peccatri
cibus naſcens omniū peccata deleret · Vnde et in
conſequentibus Rhuth mohabitis ponitur ·
Ambꝛo · ſuper lucam · Lucas autem hic declinauit ·
vt maculataꝫ ſacerdotalis gn̄is ſeriem declararet
Sed ſancti mathei conſilium a rationis iuſticia n̄
abhoꝛret · nam cum euangelizaret ſcd̄m carnē ge
neratum eſſe qui omnium peccata ſuſcipēt ſubie
ctum iniurijs · ſubditum paſſioni · nec hoc quidem
putauit exoꝛtem aſſerendum eſſe pietatis · vt ma
culate qꝫ oꝛiginis non recuſaret iniuriam · Simul
ne pudēt eccleſiam de peccatoꝛibus congregari
cum dominus de peccatoꝛibus naſcētur · Poſtre
mo vt bn̄ficium redemptionis etiam a ſuis maioꝛi
bus inchoaret · ne quis putaret oꝛiginis maculaꝫ
impedimento poſſe eſſe virtuti · nec ſe inſolens de
ſui nobilitate iactaret · Chꝛi · in ome · poſt hoc
monſtratur omnes obnoxios fuiſſe peccatis · iſtat
em̄ thamar foꝛnicatio iudam accuſās et dauid a
foꝛnicata muliere genuit ſalomonem · Si autem a
magnis lex non eſt impleta nec a minoꝛibus · et ſic
omnes peccauerunt · et neceſſaria facta eſt xp̄i p̄
ſencia Ambꝛo · ſuper lucam · Vide autem qꝛ non
ocioſe matheus vtrumqꝫ ſignificauit · cū phares
tantummodo commemorationum cauſa depoſcēt
quia hic in vtroqꝫ miſterium eſt · Per geminos
em̄ gemina deſcribitur vita populoꝛum · vna ſc̄m
legem · altera ſc̄m fidem Chꝛi · ſuper matheum
Per zaram em̄ ſignificatur iudaicus populus qui
pꝛimus apparuit in luce fidei · quaſi de vulua tene
broſa mundi pꝛocedens · et ideo ſignificatus eſt
cocco circumciſionis mutantibus omnibus · qꝛ ip̄e
populus dei erat futurus · Sed poſita eſt aū faciē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eius· lex quaſi ſepes vel materia· Sic ḡ impedit⁹
eſt populus iudaicus per legem· ſꝫ tpibus xp̄i ru
pta eſt ſepes legis que erat inter iudeos et gen
tes ſicut ait apoſtolus· medium parietē maccrie
ſoluens· ſic factum eſt vt gentilis per phares ſig
nificatus· poſtq̄ rupta eſt lex per xp̄i mandata p̄
mus ad fidem procedat· et poſtea ſequitur iudai
cus populus · Sequitur · Phares autem ·
genuit eſrom Glo· iudas genuit phares et zarā
anteq̄ intraret egiptum · in quam ambo poſtea
cum patre tranſierunt· In egipto vero phares ge
nuit eſrom· eſrom autem genuit aram· aram autē
genuit aminadab· aminadab autem genuit naaſō
Et tunc moyſes eduxit eos de egipto· Naaſō aūt
fuit dux ſub moyſe in tribu iuda per deſertum · in
quo genuit Salmon· iſte ſalmon fuit princeps de
tribu iuda· qui cum ioſue terram promiſſionis in
trauit Chri· ſuper matheum· Quoniam autē ex
aliqua cauſa ſm prouidenciam dei poſita horum
patrum nomina credimus · Sequitur· naaſon autē
genuit ſalmon Iſte ſalmon mortuo patre fuit pri
ceps in tribu iuda· qui cum ioſue terram promiſſi
onis intrauit Chri· ſuper matheum· accepit aūt
vxorem nomine rhaab· hec autem rhaab dr̄ fuiſſe
rhaab meretrix de hiericho· que ſuſcepit explo
ratores filiorum iſrahel abſcondit eos et ſeruauit
incolumes· Cum autem Salmon nobilis eēt inter
filios iſrahel· quia de tribu erat iuda· et q͛ filius
principis erat· vidit rhaab ſic fidelem quaſi mag
nam aliquam conſtitutam meruit accipe in vxorē
Forſitan autem et ideo interpretatur Salmon·
quaſi per ip̄m nomen inuitaretur a prouidentia
dei· vt acciperet vas electionis rhaab· Interpreta
tur em̄ Salmon accipere vas· Sequitur Salmon
autem genuit boos de rhaab Glo· iſte Salmon
in terra promiſſionis genuit de illa rhaab boos·
Booz autem genuit obeth ex ruth Chri· ſuper
matheum· Quomodo autem booz accepit vxorem
moabitidem nomine ruth· exponē eſtimaui ſuper
fluum· cum de his ſcriptura ſit omnibus mani
feſta· Hoc autem dicimus ſolum quoniā Ruth p̄
merito fidei ſue nupſit booz· quia deos patꝝ ſuo
rum repulit et deum viuentem elegit· Et booz p̄
merito fidei ſue illam accepit vxorem · vt ex coniu
gio tali ſanctificato genus naſcētur regale Am
broſius ſuper lucam· Quomodo autem ruth · cum
eſſet alienigena iudeo nupſit· et qua ratione i xp̄i
gn̄atione eius putauerit euangeliſta copule com
memorationem eſſe faciendam que legis ſerie mecha
batur· Nos ḡ non de legittima ſaluator gn̄atione
manauit· videtur eſſe deforme· niſi ad apoſtolicā
ſn̄iam reuertaris· quia non eſt lex poſita iuſtis· ſꝫ
iniuſtis· Hec em̄ cum eſſet alienigena et moabitis
preſertim cum lex moyſi prohiberet has nupcias
moabitis· quia excluderet ab eccleſia· quō intro
iuit in eccleſiam· niſi quia ſancta ꝛ immaculata mo
ribus ſupra legem facta eſt · Diffinitionem ergo
legis exceſſit et meruit inter maiores dominici ge
n̄is computari ꝓpter cognationem mentis electa
non corporis· Magnum autem nobis exemplū eſt
q2 in illa noſtrum omnium qui ex gentibus colle
cti ſumus ingrediendi in eccleſiā domini figura
preceſſit Hiero· in ep̄la ad paulinum· Ruth ex
moabitis yſaie explet vaticinium dicentis· Emitte
agnum domine dn̄atorē terre de petra deſerti ad
montem filie ſion· Sequitur· obeth autem genuit
yeſſe Glo· yeſſe pater dauid binominus eſt quia
frequencius vocatus eſt yſaias· Sed q͛ ꝓpheta
vocat eum non yſaias ſꝫ yeſſe dicens· Egredietur
virga de radice yeſſe vt oſ̄deret illam ꝓpheciam
completam in maria et in xp̄o· euangeliſta poſuit
yeſſe· Sequitur· yeſſe autem genuit dauid regē
Remigius· Sed querendum eſt· quare ſanctus
euangeliſta ſolum dauid nominauerit regē· quod
ideo dixit vt oſ̄deret eum primum fuiſſe regem ī
tribu iuda· Ip̄e autem xp̄s eſt phares diuiſor· vt
eſt illud· diuidet agnos ab hedis· eſt et zaram ori
ens· vt eſt illud· ecce vir· oriens nomen eius ē· eſ
rom ſagitta vt eſt illud· poſuit me ſicut ſagittam
electam Rabanus· Vel alterum ꝓpter abundan
ciam gracie· et latitudinem caritatis Aram elect⁹
ſm illud· Ecce puer meus electus vel excelſus ſm
illud· Excelſus ſuper omnes gentes dominus· ip̄e
eſt aminadab id eſt voluntarius· qui dicit· volun
tarie ſacrificabo tibi· Idem eſt et naaſon id eſt au
gurium· qui nouit preterita p̄ncia et futura· Vel
ſerpentinus ſm illud· moyſes exaltauit ſerpentē
in deſerto Eſt et ſalmon id eſt ſenſibilis qui dicit
Ego ſenſi de me virtutem exiſſe Glo· ip̄e accipit
rhaab id eſt eccleſiam de gentibus · Rhaab enim
fames vel latitudo vel impetus· quia eccleſia gen
tium eſurit et ſitit iuſticiam · et impetu doctrine
ph̄os et reges conuertit· Ruth etiam interpreta
tur videns vel feſtinans · et ſignificat eccleſiam·
que puro corde videt deum et feſtinat ad brauiū
ſuperne vocationis Remigius· Eſt et booz in q̄
robur· vt eſt illud· Cum exaltatus fuero a terra·
omnia traham ad me· Eſt et obeth ſeruiens vt eſt
illud· Filius hominis non venit miniſtrari ſꝫ mini
ſtrare· Eſt et yeſſe incenſum· ſm illud· Ignem ve
ni mittere in terram· ip̄e eſt dauid manufortis ſm
illud· Dominus fortis et potens deſiderabilis ſm
illud Veniet deſideratus cunctis gentibus· pulcer
aſpectu· ſm illud· Speciosus forma pre filiis ho
minum Glo· interim videamus quas virtutes iſti
patres in nobis edificent· quia fides· ſpes caritas
omnium virtutum ſunt fundamentum· Sequētes
virtutes ſunt quaſi ſuperadditiones· Iudas inter
pretatur confeſſio· duplex eſt autem confeſſio· eſt
altera fidei· altera peccatorum· Si ḡ poſt tres
ſupradictas virtutes peccatur· neceſſaria eſt nō
ſolum fidei ſꝫ peccatorum confeſſio· Poſt iudā ſe
quitur phares et zaram· phares diuiſio· Zaram
oriens interpretatur· et thamar amaritudo Con
feſſio em̄ gn̄at diuiſionem a viciis et ortum virtu
tum de amaritudine pn̄ie· Poſt phares ſequitur
Eſrom qui ſagitta interpretatur· Poſtq̄ em̄ ali
quis diuiſus eſt a viciis et ſecularibus dꝫ fieri ſa
gitta· vt in aliis vicia predicando perimat Sequi
tur· Aram qui interpretatur electus vel excelſus
quia poſtq̄ aliquis a mundo remotus eſt et aliis
proficit· neceſſe eſt vt deo electus· hominibus ce
lebris· excelſus in virtutibus habeatur · Naaſon
interpretatur augurium · hoc autem augurium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non eſt ſeculare· ſ; celeſte· de hoc glãbat᷑ ioſeph
fratribus mandans· Vos detuliſtis ciphum dñi
mei· in q̃ augurari ſolebat· Ciphus eſt diuĩa ſcri/
ptura: vbi eſt potus ſapiẽ· In hac augurat᷑ ſapiẽs
q: ibi videt futura id eſt celeſtia· Sequit᷑· ſalmon
·i· ſenſibilis· Poſtq̃m em̃ aliquis ſtudet in diuina
ſcriptura fit ſenſibilis ·i· diſcernens guſtus rõnis
quid bonum quid malum· quid dulce quid amarꝫ
Sequitur· Booz ·i· fortis· inſtructus em̃ in ſcrip
turis fit ad oĩa aduerſa toleranda fortis Aug9·
ſuper matheum· Iſte aũt eſt fortis filius rhaab ·i·
eccĩe· Rhaab em̃ interpretatur latitudo vel dila/
tata· q: em̃ ex oĩbus finibus terre vocata eſt eccĩa
gentiũ latitudo appellatur· Raban9· Sequit᷑·
Obeth ·i· ſeruitus· non em̃ ydoneus eſt ad ſuitutẽ
niſi qui fortis eſt· que ſuitus gñatur ex rhuth ·i·
deſtinancia· oportet em̃ ꝓmptum eſſe ſuum non
pigrum Chr· ſuper math· Nunc aũt qui diuicias
et non mores· pulcritudinem et non fidem· et qđ
in meretricibus queri ſolet· hoc in coniugib9 op
tant· non gñant ſubditos filios vel ſibi vel deo· ſ;
ↄtumaces et ↄtra ſe et ↄtra deum vt filij eoꝝ ſint
pena religioſitatis eoꝝ· Iſte obeth genuit yeſſe ·i·
refrigerium· Nam quicunq; eſt ſubditus deo ⁊ pa
rentibus ſuis tales filios gñat· deo preſtante· a
quibus refrigeratur Glo· vel yeſſe ·i· incenſum
Si em̃ ſuimus ex amore et timore erit deuotio in
corde que exiguo ⁊ deſiderio cordis ſuauiſſimũ in
cenſum offert deo· Poſtq̃ aũt aliquis idoneus ẽ
ſeruus et ſacrificium deo factus· Sequitur· vt ſit
dauid ·i· manufortis· qui ↄtra hoſtes fortiter di/
micauit· et ydoneos tributarios fecit· Sic ipſe dꝫ
carnales ·i· hoĩes verbo ⁊ exemplo deo ſubiugare

David autem rex genuit Salomonem ex ea que fuit vrie· Salomon autem genuit rhoboam· Rhoboam autem genuit abiaz· Abias autez genuit aſa· Aſa autem genuit ioſaphat·

Glo· ſcđi q̃ȯ tridenarij
gñationis ſeriẽ euan
geliſta decurrit que
a regibus ↄtinetur·
et ideo a dauid inci=
pit qui primus in tri
bu iude regnauit· Ð·
Dauid rex genuit ſa/
lomonem ex eaq̃ fuit
vrie Aug· de ↄ· euã
q: em̃ in gñacõibus
mathei ſignificat᷑ no
ſtroꝝ ſuſcepcio pec/
catoꝝ· ideo ipſe a da
uid per ſalomonem deſcendit· in c9 matre ille pec
cauit· Lucas vero a dauid per nathan aſcendit· ꝑ
quem ꝓphetam deus peccatum illius expiauit q:
in gñacionibus luce ſignificatur abolicio pctoꝝ
Aug· in li· retractati· Dicendum tñ fuit per cui9
noĩs ꝓphaꝫ· ne putaretur idem fuiſſe hõ cũ alter
fuerit· q̃uis et ipſe hoc noĩe vocaretur Remig·
Querendum eſt aũt q̃re euangeliſta betſabee ꝓpo
noĩe non noĩauit ſicut ceteras mulieres· qđ ideo ẽ
q: cetere mulieres q̃uis reprehenſibiles fuiſſent
tñ laudabiles erant virtutibus· Betſabee ṽo non
ſolum fuit conſcia adulterij· ſ; etiam homicidij ma
iudeos qui ī xp̄m cre
diderant · vt agnoſce
rēt ea eſſe completa ī
gratia euangelij que
predicta fuerant in
veteri teſtamento · et
ſubdit Hoc aūt totū
factum eſt · Queren/
dum autem eſt in hoc
loco quare dixerit ·
hoc totum factum eſſe cum ſuperius ſolam conce-
ptionem narrauerit · Sed ſciendum q̄ hoc ideo di
xit · vt demonſtraret q̄ ante in ꝑſ̄cia dei factum
fuit q̄ fieret apud homines · Siue quia p̄teritaꝝ
rerum erat narrator · totum factum eſſe dixit · qz
qn̄ hoc ſcripſit iam totum factum erat Rabanus
Vel hoc totum factum eſſe dicit q̄ virgo deſpon
ſaretur q̄ caſta ſeruaretur · q̄ grauida inueniret ·
q̄ per angelum reuelaretur · vt adimpletur quod
dictum eſt · Non enī hoc impleretur q̄ virgo con
ciperet et pareret · niſi deſponſata eſſet ne lapida
retur · et niſi ab angelo ſecretum detegeretur · et
ita eam ioſeph acciperet · dimiſſa per infamiaz ef
flueret et lapidacione periret · Si ḡ ante pecca/
tum pareret · caſſaretur ꝓphecia que ait · pariet fi
lium Glo · vel poteſt dici · q̄ vt non ponitur cau
ſaliter · non enī ideo impletum eſt · qz implendum
erat · ponitur autem conſecutiue · ſicut et in geneſi
Suſpendit alterum in patibulo · vt coniecturis ve
ritas probaretur · quia vno ſuſpenſo coniectoris
veritas eſt probata · Sic et in hoc loco intelligē
dum eſt · quod hoc facto quod predictum eſt · pro
phecia impleta eſt Chri · in ome · Vel aliter · qz
vidit angelus abyſſum diuine miſericordie natē
leges ſolutas · et eum qui erat omnibus ſuperior
ad hominem qui erat omnibus inferior deſcēdiſſe
Hec et huiuſmodi vno verbo oſ̄dit dicens · Hoc
autem totum factum eſt · quaſi dicat · ne putas q̄
hec nunc tm̄ deo placeant olim preordinata ſunt
decenter enī angelus non virgini ſʒ ioſeph ꝓphe
ciam inducit · quaſi in ꝓphetis meditanti et experto
et primo quidem virginem coniugem appellaue/
rat · nunc autem virginem cum ꝓphetam inducit ·
vt hoc etiam a ꝓpheta audiret quaſi diu premedi
tatum · Vnde ad fidem eorum que dicebantur in/
ducit yſaiam vel magis deum · non enī dicit · vt im
pleretur quod dictum eſt ab yſaia ſʒ quod dictum
eſt a dn̄o per yſaiam · Hiero · ſuper yſaiam · Cū
autem premittitur in ꝓpheta · Dabit dn̄s ipſe nob̄
ſignum · nouum dʒ eſſe atq̄ mirabile · Si autem iu
uencula vel puella · vt iudei volunt · et non virgo
pariat · quale ſignum poterat appellari · cum hoc
nomen etatis ſit non integritatis · Et reuera v̄go
hebraice bethula appellatur · que in p̄ſ̄ti loco nō
ſcribitur in ꝓpheta · Sed pro hoc verbo poſitum
eſt halma · quod preter · lxx · omnes adoleſcentulā
tranſtulerunt · Porro halma apud eos ambiguū
eſt · dicitur enī et adoleſcentula et abſcondita · ḡ
halma non ſolum puella vel virgo ſʒ virgo abſcō
dita dr̄ et ſecreta · que nunq̄ virorum patuerit aſ
pectibus ſed magna parentum diligencia cuſto/
dita ſit · Lingua q̄z punica que de hebreorum fon
tibus ducitur · ꝓprie virgo halma appellatur In
noſtro q̄z ſermone alma dicitur ſancta · omniumq̄z
pene linguarum verbis vtuntur hebrei · et q̄tum
cum mea pugno memoria nunq̄ me arbitror hal-
mam de muliere nupta legiſſe · ſʒ de ea que eſt vir/
go vt non virgo ſolummodo ſit · ſʒ in annis ado-
leſcencie · poteſt enī fieri vt virgo ſit vetula Iſta
autem virgo in annis puellaribus · vel certe vir-
go non puella que aduc virum noſſe non poſſet
Hiero · ſuper matheum · Pro eo autem q̄ euange
liſta matheus dicit · In vtero habebit · In ꝓpheta ·
quia futura predicit ſignificat q̄ futurum ſit et
ſcripſit · accipiet · Euangeliſta autem quia non de
futuro ſʒ de preterito narrat hyſtoriam · mutauit
accipiet · et poſuit habebit · qui autem habet ne-
quaquam accepturus eſt · Dicit autem · Ecce v̄go
in vtero habebit · et pariet filium · Leo in epl̄ā
ad Flauianum · Conceptus quippe eſt de ſp̄ū ſcō ·
intra vterum virginis matris · que ita illum ſal-
ua virginitate edidit · quemadmodum ſalua vir-
ginitate concepit Aug · in ſer · de natiuitate · qui
enī dirupta corporum membra in alijs poterat re
integrare tangendo quantomagis in ſua matre
que inuenit integra non violauit naſcendo · Cre-
uit enī in eius partu corporis integritas pocius
q̄ decreuit · et virginitas ampliata eſt pocius q̄
fugata Theodorus in ſermone epheſi concilij ·
Quia vero photinus purum hominem dicit qui
natus eſt dei non dicens partum · Et qui ex vulua
proceſſit hominem ꝓponit a deo diuiſum · Dicat
nunc quō natura humana per vuluam virginalez
nata virginitatem vulue ſeruauit incorruptam ·
nullius enī hominis mater virgo permanſit Sed
quia natus eſt carne deus verbum · cuſtodit vir/
ginitatem · ſeipſum per verbum eſſe oſ̄dens · neq̄z
enī noſtrum verbum cum paritur corrumpit men
tem · neq̄z deus verbum partum eligens peremit
virginitatem · Sequitur Et vocabūt nomen eius
emanuel · Chri · in ome · Conſuetudo quidem eſt
ſcripture res que contingunt pro nominibus po
nere · Nichil ḡ eſt aliud quod dicit · Vocabunt no
men eius emanuel · q̄ videbunt deum cum hoībus
Vnde non dicit vocabis ſʒ vocabunt Rabanus ·
Primo quidem angeli pſallentes · Secundo apo-
ſtoli predicantes · ad hoc et ſancti martires · deīde
cuncti credentes Hiero · ſuper yſaiam · lxx · autē
reliqui tranſtulerunt ſimiliter vocabis · pro quo
hic ſcriptum eſt · vocabunt · quod in hebreo non
habetur · verbum enī charatim quod omnes int̄/
pretati ſunt · vocabis · poteſt intelligi et vocabit
q̄ ipſa ſcʒ virgo que concipiet et pariet xp̄iſtum
Emanuel appellatura ſit nomine · quod interpre
tatur nobiſcum deus Remigius Querendum aūt
eſt quis eſt interpretatus hoc nomen · propheta
aut euangeliſta aut aliquis tranſlator · Sed ſcien
dum q̄ ꝓpheta non eſt interpretatus · Sancto āt
euangeliſte quid neceſſe fuerat interpretari cum
ſcriberet hebreo ſermone · fortaſſis qz h̄ nomen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

obſcurum erat apud hebreos. idcirco dignū erat
interpretacione Sed magis credendum eſt· q̄ ali
quis tranſlator ſit interpretatus · ne habēt hoc
nomen obſcurum apud latinos· hoc deniq̄ȝ nomie
due ſubſtancie diuinitatis ſcȝ et humanitatis in
vna perſona dn̄i noſtri hieſu xp̄i deſignantur· q̄ꝛ
qui ineffabiliter ante omnia ſecula genitus eſt ·a
deo patre· idem ip̄e in fine tp̄m factus eſt· Ema/
nuel· i· nobiſcum deus ex virgine matre· Qd autē
dr̄ nobiſcum deus poteſt intelligi hoc modo nobi
ſcum factus eſt· i ·paſſibilis mortalis et per om̄ia
noſtri ſimilis abſq̄ȝ peccato· ſiue quia ſubſtanciā
noſtre fragilitatis quā aſſumpſit ſubſtancie ſue
diuinitatis in vnitate perſone coniunxit Hiero
ſuper yſaiam· Sed ſciendum q̄ hebrei hoc de Eze
chia filio achaȝ ꝓphetari arbitrantur · q̄ ip̄o re
gnante capta ſit Samaria· quod omnino probari
non poteſt· Siquidem achaȝ filius ioathan reg
nauit ſuper iudeam et hieruſalē annis· xvi· cui ſu
cceſſit in regnum filius eius ezechias annos nat⁹
·xxiiij· et regnauit ſuper iudeam · et hieruſalem·
annis· xxix· Quō ḡ quam vidit primo anno achaȝ
ꝓpheciam de ezechie ↄceptu dr̄ et natiuitate cum
eo tp̄e cum regnare cepat achaȝ iā· ix· eſſet ezech
ias annoꝝ· niſi forte ſextum ezechie regni annum
quo capta eſt Samaria infanciam eius appellari
dicant non etatis ſȝ imperij quod coactum eſſe ac
violentum et ſtultis patet · Quidam de noſtris
yſaiam ꝓphetam duos filios habuiſſe oſtendit Ia
ſuph et emanuel· Emanuel de ꝓphetiſſa vxore ſua
eſſe gn̄atum in typum dn̄i ſaluatoris · hoc autem
fabuloſum eſt  Petrus alfonſus· non em̄ ſcitur q̄
aliquis homo illius tp̄is emanuel ſit vocatus Sȝ
obicit hebreus quō ſtare poterit q̄ hoc propter
xp̄m dictum ſit et mariam · cum ab achaȝ vſq̄ȝ ad
mariam multa centena annoꝝ tranſierunt· Sed ſȝ
ad achaȝ loquētur ꝓpheta· non ſolum tn̄ ad eum
vel de ſuo tp̄e dicta eſt ꝓphecia· Propter hoc· n·
dictum eſt· Audite dom⁹ dauid· non audite achaȝ
·Jtem dabit dn̄s ip̄e vobis ſignum· addidit ip̄e· ac
ſi dicēt non ali⁹· ex quo poteſt intelligi ip̄m dn̄m
ſignum eſſe futuꝝ· Qd etiam pluraliter ait vobis
et non tibi· innuitur non ꝓpter achaȝ vel ad ip̄m
ſolum hoc dictum fuiſſe  Hiero ſuper yſaiā Eſt
ḡ ſic intelligendum quod dr̄ ad achaȝ· Iſte puer
qui naſcetur ex virgine o domus dauid nunc appel
letur emanuel· i· nobiſcum deus q̄ꝛ a rebus ip̄is ꝓ
babiliter a duobus regibus inimicis liberata pa=
tebit deum te habē p̄n̄tem Poſtea autem vocabit̄
ieſus· i· ſaluator· eo q̄ vniuerſum genus hoīm ſit
ſaluaturus· nō mireris ḡ o domus dauid ad rei no/
uitatem ſi virgo deum pariat· qui tantam habeat
poteſtatem· vt multo poſt tp̄e naſciturus te nunc
liberet inuocatus  Aug ↄtra fauſtum· Quis aūt
dementiſſimus dicēt cum manicheo verius eſſe fi
dei de xp̄o ſine teſte non credē· cum apoſtolus di
cat· Quomodo credent ei quem non audierūt aut
quō audient ſine predicante· vt autem non ↄtem
nerentur· neq̄ȝ fabuloſa ducerentur· que apoſtoli
nunciabant· demonſtratur hec a ꝓphetis fuiſſe p̄
dicta Quia etſi atteſtabantur miracula non defui/
ſſent qui magice potencie cuncta illa tribuerent·

niſi talis eoꝝ cogitacio ↄteſtacione ꝓphetica vin
cētur· Magicis tn̄ artibus longe ante q̄ naſcētur
ꝓphetas ſibi ↄſtituē a quibus prenunciaretur· ne
mo vtiq̄ȝ dicēt· Si etiam dixerimus homini gētili
crede xp̄o· quia deus eſt· et reſponderit vn̄ credo
prolataq̄ȝ autoritate ꝓphetarum oñderimus fidē
ꝓphetarum· ex his que ventura cecineru nt eue=
niſſe cernuntur· Credo em̄ q̄ eum non latē t q̄ntas
a regibus h⁹ ſeculi perſecutiones prius ꝑtulerit
xp̄iana religio videat nunc ip̄os reges terre xp̄i
imperio ſubiugatos· omneſq̄ȝ gentes eiſdem ſer=
uientes· que omnia per ꝓphetas fuerīt predicta·
Hoc ḡ audiens de ſcriptura ꝓphetica et cernens
in vniuerſa terra ↄpleta moueretur ad fidem·
Glo Hoꝝ ḡ errorem euangeliſta excludit dicens
vt adimplētur quod dictum eſt a dn̄o per ꝓpham
Prophecia autem alia eſt ex predeſtinacione dei
quam neceſſarium eſt euenire omnibus modis· vt
ſine noſtro impleatur arbitrio · vt illa de qua
modo agimus· Vnde dicit ecce· ad demonſtrandū
certitudinem ꝓphecie· Alia ex preſciencia dei · cui
noſtrum admiſcetur arbitrium ⁊ cooperante gr̄a
ↄſequimur premium· vel ab ea iuſte relicti tormē
tum Alia non ex preſciencia· ſȝ eſt quedam ↄmina
cio more humano facta· ſicut illd· Adhuc· xl· dies
et niniue ſubuertetur intelligendo · niſi niniuite
corrigantur

**Exurgens autem io
ſeph a ſomno fecit ſic
preceperat ei angel⁹
domini· ⁊ accepit ma
riam coniugem ſuam
et non cognoſcebat
eam donec peperit fi
lium ſuum primogeni
tum et vocabit nomē
eius hieſum·**

Remigius· Eo adi
tu rediit vita q̄ ingreſ
ſa ē mors· ꝑ inobiam
em̄ ade oēs perditi
ſumus · Per obiam· Jo
ſeph omnes ad priſti
num ſtatū incipimus
reuocari· Nā his ver
bis magna nobis vir
tus obie ↄmendatur
quibus dr̄· exurgens
autem ioſeph a ſom/
no fecit ſicut prece/
perat ei angelus dn̄i
Glo· non tm̄ quod
precepit angelus fe
cit ſȝ etiam ſicut p̄ce/
pit· Quiſquis etiam
adeo monet̄ ſoluat moras ſurgat a ſōno faciat qd
iubet̄ Et accepit mariā ↄiugem ſuā· Chri · non in
domo accepit eam· nec em̄ adhuc dimiſerat eā de
domo· ſȝ de animo ſuo depoſuerat eam · et iterum
in animum ſuum eam recepit·  Remig· vel acce/
pit celebratis nupcijs vt coniux vocaretur· nō tn̄
vt ↄcumbēt· q̄ꝛ ſequitur· et non ↄgnoſcebat eaȝ·
Hiero· ↄtra heluidium· Sed heluidius ſupfluo
labore deſudat· ↄgnoſcendi verbum ad coitū ma
gis q̄ ad ſcientiam eſſe referendum · q̄ſi h̄ quiſq̄ȝ
negauerit· et eas ineptias quas redarguit · aliq̄n
prudens quiſpiā potuerit ſuſpicari· Deinde vult
docē q̄ donec ſiue vſq̄ȝ aduerbium certum tp̄s ſig
nificet· quo ↄpleto fiet aliquid quod vſq̄ȝ ad illd
tp̄s non fiebat· vt hic· Non ↄgnoſcebat eam do/
nec peperit filium· Apparet inquit ↄgnitam eſſe
poſt partum· c⁹ ↄgnitionem filij tm̄ gn̄acio diffe
rebat Et ad hoc approbandum ↄgerit de ſcriptis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

erempla ꝙ̃ plurima· Ad quod reſ̄demus· Et ꝯgno
ſcebat· et vſq; vel donec in ſcripturis dupliciter
intelligenda· et de eo quidem quod ſcriptum eſt
ꝯgnoſcebat ad coitum eſſe referendum· ip̄e diſſe
ruit nullo dubitante· qm̄ ad ſciam ſepe referatur·
vt ibi· Remanſit puer hieſus in hieruſalem ⁊ non
ꝯgnouerunt parentes eius Sic etiam donec ſcrip
tura ſepe certum tp̄s ſicut ip̄e diſſeruit ſignificat
ſepe infinitum· vt eſt illud donec ꝯſeneſcatis ego
ſum· numquid poſtq̃ ꝯſeruerint deus deſiſtet· Et
ſaluator in euangelio· Ecce ego vobiſcum ſu̅ vſq;
ad ꝯſumationem ſeculi· ḡ poſt ꝯſumationem ſecl̄i
a diſcipulis abſcedet· Et apo· oportet illum reg/
nare donec ponat inimicos ſub pedibus eius· nu̅/
quid poſtq̃ illi ſub pedibus eru̅t regnare deſiſt;
Intelligat ḡ ea de quibus poſſet ambigi ſi non fu
iſſent ſcripta ſignificari· Cetera vero noſtre in/
telligencie derelinqui· Iuxta quod euangeliſta il
lud indicat de quo ſcandalum poterat moueri nō
eam ꝯgnitam eſſe a viro vſq; ad partum· vt mul
tomagis intelligēmus ꝯgnitam non fuiſſe poſt
partum Hiero· ſuper matheum· vt quis dicat do
nec ille vixit· non eſt hoc locutus· numquid ꝑ hoc
ſignificaui· quia poſt mortem ille locutus eſt· q̄d
fieri non p̄t· Sicut et ioſeph ante partum credi/
bile fuit vt ꝯgnoſcēt eam q: nondum ꝯgnoſcebat
miſterij dignitatem· poſtq̃ vero ꝯgnouit· q: eſt
facta vnigeniti dei templum· quō poterat hoc
vſurpare· Sed ſequentes Eunomium putant· q:
illi auſi ſunt hoc dicē ꝙ ioſeph hoc auſus fuit· ſic̄
inſanus neminem reputat eſſe ſanum Hiero· ꝯt̄
heluidium· Ad ſummam illud requiro cur ſe abſti
nuerit ioſeph vſq; ad partus diem· reſ̄debit vtiq;
quia angelum audierat dicentem Quod in ea na
tum eſt· Qui ḡ ſomnio tm̄ credidit vt vxorem nō
audēt tāgē· hic poſtq̃ paſtores audierat magos
viderat· miracula tanta ꝯgnouerat· templum dei
ſpūſſancti ſedem dn̄i ſui matrē audebat attingē
Chri· ſuper matheum Poteſt etiam dici ꝙ ver
bum cognoſcendi hic accipit̄ pro agnitione· Ve
eīn non agnouit eam ante c⁹ fuerat dignitatis· ⁊
poſtq̃ peperit tunc cognouit eam· q: ſpecioſior
et dignior facta fuerat q̃ totus mundus· q: quē
totus mundus capē non poterat· in anguſto cubi
culo vteri ſui ſola ſuſcepit Hilarius in ome· Vel
aliṫ· ꝓpter ſanctiſſime marie glorificationem a Io/
ſeph ꝯgnoſci non potuit donec peperit· dominu̅
eīn glorie hn̄s in vtero quomodo cognoſcēt̄ur· ſi
moyſi cum deo colloquentis glorificata eſt facies·
vt non poſſent intendē in eum filij iſrahel· q̄nto/
magis maria agnoſci vel intueri non poterat que
dn̄m potencie in vtero habebat· Poſt partū au̅t
a ioſeph agnita inuenitur ſpecie faciei· non tactu
libidinis Hiero· ſuper matheum· Ex hoc autem
ꝙ dicit filium ſuum primogenitum quidam puer/
ſiſſime ſuſpicantur et alios filios habuiſſe mariā
dicentes primogenitum non dici niſi qui habeat
et fratres· cum hic mos ſcripturarum ſit· vt p̄mo
genitum non eum vocent quem fratres ſequuntur
ſ; eum qui primus natus ſit Hiero ꝯtra heluidiu̅
alioquin ſi non eſt primogenitus niſi quem ſequu̅
tur et fratres· tamdiu ſacerdotibus primogenita
non debentur· q̄diu et alia fuerint̄ procreata·
Glo· vel primogenitus d: inter omnes electos ꝑ
graciam· ꝓp̄e autem vnigenitus dei patris vel ma
rie d:· ſeq̄t· ⁊ vocauit nomen e⁹ ihm̄· Die octauo
quo fiebat circumciſio et nomen imponebatur·
Remigius· Liquet autem hoc nomen fuiſſe notiſſi
mum ſanctis patribus et dei ꝓphetis· maxime illi
qui dicebat· Defecit in ſalutari tuo anima mea· ⁊
exultauit cor meu̅ in ſalutari tuo Et illi q̄ dicebat
Exultabo in deo hieſu meo·

## CAPIT· ·II·

Cum ergo natus eſſet ieſus in be thleē iude in diebus herodis re gis· ecce magi ab ori ente venerunt hiero/ ſolimam dicentes vbi eſt qui natus eſt rex iudeorum· vidimus enim ſtellam eius in oriente· et venimus adorare eum

Aug· i ſer· de epiph̄ Poſt miraculum vir ginei partus q̄ vter⁹ diuino numine plen⁹ ſaluo pudoris ſigno· deum hominemq; ꝓ fudit· inter obſcuras cubiculi latebras et preſepis anguſtias ī quibus infinita maie ſtas membris con/ tractioribus ſtabula bat· dum pendet ad vbera et vilē patit̄ deus inuolumenta pannorum· repente nouum de celo ſidus terris effulſit ⁊ toci⁹ mundi diſſipata cali gine· noctem con/ uertit in diem· ne di/ es celaretur in nocte

Vnde euangeliſta dicit· Cum ḡ natus eſſet Re
migius· In principio aute̅ huius euangelice lectio
nis tria ponit· Perſonam· cum dicit· Cum hieſus
natus eſſet· Locum· cum ait· in bethleem iude·
Tempus· cum addit· In diebus herodis regis·
Et hec tria ad ꝯfirmationem narrande rei ponun
tur Hiero· ſuper matheum· Putamus autē ab
euangeliſta primum editum ſicut in hebraico le/
gimus iude non iudee· que eſt eīn aliarū gentium
bethleem· vt ad diſtinctionem eius hic iudee po/
nētur· Iude autem idcirco ſcribitur· quia et aliā
bethleem in iudea legimus in libro ieſu filij naue
Glo Due eīn bethleem ſunt· alia que eſt in ter/
ra zabulon· altera que eſt in terra iuda que prius
vocata eſt effrata· Aug· in li· de con· euange·
De ciuitate autem bethleem matheus lucaſq; con
ſenciunt Sed quō et qua cauſa ad eam venerint·
ioſeph et maria lucas exponit· matheus pretermi
ſit· E contra de magis ab oriente venientibus lu/
cas tacet· matheus dicit Chri· ſuper matheum
Sed videamus quid ad vtilitatem reſpiciat· q̄d
euangeliſta tempus deſignat quo xp̄us naſcitur·
dicens· In diebus herodis regis· quod dicit vt ꝓ
phecīam danielis impletam demonſtraret· que p⁹
lxx· ſeptimanas annorum xp̄m naſciturum eſſe pre
dicit· ꝑſam ex illo tp̄e vſq; ad regnum herodis· lxx
ſeptimanarum anni ſunt conſumati· vel ideo quia
tamdiu iudaica gens ſub iudaicis regibus/ q̄uuis
peccatoribus/ tenebatur· Prophete mittebant̄
ad remedium eius ꝑſunc qm̄ lex dei ſub p̄tate regis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iniqui tenebatur et iuſticia dei ſub dñacione rōna
premebatur·naſcitur xp̄us· qꝛ magna deſpabilis
infirmitas medicum artificioſiorem q̄rebat·Vel
iđo regis alienigene mentionem fecit vt implētur
ꝓphecia que dixit·Non auferetur ſceptꝝ de iuda
nec dux de femore eius donec veniet qui mittendꝰ
eſt Ambro·ſuper lucam·Fertur autē ꝙ idumei
latrones aſcalonam ingreſſi antipatꝝ inter alios
adduxerunt captiuū·Is igitur imbutus miſterijs
iudeoꝝ hircano iudee regi amicicia copulatur·
Quem pro ſe ad pompeium hircanus direxit·a qꝛ
legationis fructu potitus eſt per eam graciā par
tem regni affectauit·Occiſo autem antipatro fi=
lius eius herodes ſub anthonio ſenatuſconſulto·
iudeis regnare preceptus eſt In quo claret hero
dem nulla affinitate gn̄is iudeoꝝ regnum q̄ſiſſe·
Chri·in ome·dicit autem herodis regis·digni
tatem addens·qꝛ et alius fuit herodes qui iohez
interfecit Chri·ſuper math·cum g̊ hoc tp̄e na
tus eſſet·ecce magi veniunt hoc eſt ꝯfeſtim vt na
tus eſt magnum deum oñdentes in paruulo hoīe
Rabanus·Magi vero ſunt qui de ſingulis rebꝰ
philoſophantur·ſ̄ȝ ſermo omunis magos pro ma
leficiis accipit·qui aſt tn̄ habentur apud gentem
ſuam eo ꝙ ſint ph̄i caldeoꝝ·et ad hꝰ artis ſciam
reges q̄ȝ et principes eiuſdem gentis oīa ſapiunt
et ipi primum ortum dn̄i intellexerunt Aug·in
ſer·de epiph·Iſti autem magi quid fuerint niſi
primicie gentium·iſrahelite paſtores·magi gen/
tiles·illi ꝓpe·iſti longe·vtriqȝ tn̄ ad angularez la
pidem cucurrerunt·Manifeſtatus eſt g̊ iheſus·n̄
doctis nec iuſtis preualet nanqȝ impericia in ruſti
citate paſtoꝝ et impietas in ſacrilegijs magoꝝ
vtroſqȝ ſibi lapis ille augularis attribuit·quippe
qui venerit ſtulta eligē vt ꝯfundēt ſapientes· et
non vocare iuſtos ſ̄ȝ peccatores·vt nullus magnꝰ
ſuperbiret·nullus infirmus deſperaret Glo·hij
autem magi reges fuerūt·qui etſi tria munera ob
tuliſſe dicuntur·non ideo non pluresq̄ꝫ tres fuiſſe
probantur·ſ̄ȝ vt per eos gentes que ex tribus fi=
lijs noe nate ſunt venture ad fidem prefigurarentur·Vel tot fuerunt principes qui plures duxe/
runt in comitatu ſuo Venerīt autem non poſt annū
qꝛ tunc inueniretur in egipto·non in preſepio· ſ̄ȝ
decima tercia die·Ad oñdendum autem vnde veni
rent dr̄ ab oriente Remigius Sciendum eſt aūt
qꝛ varia eſt de magis opinio· quidam eñ dicunt
eos fuiſſe caldeos·Caldei eñ ſtellam pro deo co/
lebant·et idcirco dixerunt ꝙ nuncupatiuis eorum
deus oñderit deum veꝝ natum·Alij vero dicunt
perſas eos fuiſſe·nonnulli dicunt illos de vltimis
finibus terre fuiſſe·Alij vero dicunt illos fuiſſe
nepotes balaam quod magis eſt credendum·Ba
laam eñ inter cetera que ꝓphetauit dixit·Orietꝰ
ſtella ex iacob·Illi vero hn̄tes hanc ꝓpheciam·
mox vt viderunt ſtellam nouam intellexerunt re
gem natum et venerīt Hiero·Et ſic hanc ſtellaȝ
futuram vaticinio balaam nouerant·cꝰ erant ſuc
ceſſores·Sed querendum eſt ſi caldei vel perſe·
aut de vltimis finibus terre fuerīt·quō in taȝ bre
ui ſpacio hieroſolimam venire potuerīt Remig·
Sed ſciendum eſt ꝙ aliqui ſolent dicē· ꝙ puer q̄
tunc natus eſt in tam breui ſpacio tp̄is de vltimis
finibus terre ad ſe perducē potuit Glo vel non
mirandum eſt eos in·xiij·diebus veniſſe in bethleē
cum equos arabicos et dromedarios habēnt·qui
ſcȝ ſunt veloces ad iter Chr·ſuper math·vel p
biennium ante xp̄i natiuitatem profecti ſunt·a ſtel
la eos precedebat·et neqȝ eſca neqȝ potus defecit
in peris eoꝝ Remig·vel ſi fuerīt ſucceſſores ba
laam·reges eoꝝ non longe diſtant a terra pro=
miſſionis·idcirco in tam breui ſpacio tp̄is hieru=
ſalem venire potuerīt·Sed tunc querendum eſt·
quare euangeliſta dicat eos ab oriente veniſſe·
Quod ideo eſt·qꝛ ab illa regione venerīt·que in
orientali parte iudeis poſita eſt·Pulcre autez ipi
ab oriente veniſſe dicuntur qꝛ omnes qui ad dn̄m
veniunt ab ip̄o et per ip̄m veniunt·Ip̄e eñ eſt
oriens·ſ̄m illud·Ecce vir oriens nomen eius Chr
ſuper math·vel ab oriente venerīt vnde dies na=
ſcitur·inde initium fidei proceſſit·qꝛ fides lumen
eſt animarum·ab oriente g̊ venerīt ſ̄ȝ hieroſolimā
Remi·q̄uis dn̄s ibi natus non eſſet·qꝛ lȝ agno/
ſcēnt natiuitatis tp̄s·locum tn̄ non ꝯgnouerunt·
Hieruſalem eñ regia ciuitas eſt· et crediderīt ꝙ
talis puer non niſi in vrbe regia naſci debuiſſet·
Siue ideo venerīt vt adimplētur quod ſcriptum
eſt·De ſion exiuit lex et verbum dn̄i de hieruſalez
qꝛ ibi primo annunciatus eſt xp̄s·Siue vt ſtudio
magoꝝ damnaretur pigricia iudeoꝝ·Venerīt g̊
hieroſolimam dicentes·Vbi eſt qui natus eſt rex
iudeoꝝ Aug·in ſer·de epiph Cum autem ml̄ti
nati atqȝ defuncti eſſent reges iudeoꝝ·Nunquid
quenq̄ꝫ eoꝝ adorandum magi queſierīt· quia nec
quenq̄ꝫ eoꝝ de celo loquentem didicerīt·nō itaqȝ
regi iudeoꝝ quales eſſe illic ſolebāt·hūc tā mag
num honorē longinque alienigene ab eodem reg
no prorſus ab extraneis a ſe deberi arbitrabantur
Sed talem natum eſſe didicerant·in quo adoran=
do ſe ſalutem que ſ̄m deum eſt ꝯſecuturos minime
dubitarent·neqȝ eñ etas erat ſaltem cui adulacō
humana ſeruiret non de membris purpura non in
capite dyadema fulgebat·non pompa famulan/
tium·non terror exercitus·non gl̄ioſa fama preli
orum·hos ad eum viros ex remotis terris cū tan=
to voto ſupplicationis attraxerīt·Iacebat in p̄ſepi
puer ortu recens·exiguus corp̄e· contemptibilis
paupertate Sed magnum aliquid latebat in par
uo ꝙ ille homines primicie gentium· non terra
portante ſ̄ȝ celo narrante didicerant Vnde ſequitꝰ
Vidimus eñ ſtellam eius in oriente Annunciant et
interrogant·credunt et querīt tanq̄ꝫ ſignificātes
eos qui ambulant per fidem·et deſiderant ſpem·
Chri·in ome·Sciendum autem ꝙ priſcillianiſte
hērici·qui naſci vnumquenqȝ hominem ſub ꝯſti=
tucionibus ſtellaꝝ putant·hoc in adiutoriū ſui
erroris aſſumunt·ꝙ noua ſtella exijt·cum dn̄s in
carne apparuit·cꝰ fuiſſe fatū eandem/q̄ apparuit/
ſtellam putant Aug·de con·euan·Et ſ̄m fauſtū
hic ſtella inducitur que ꝯfirmat geneſin vt recte
geneſidium hoc magis nuncupari poſſit q̄ꝫ euan=
gelium Greg·in ome·Sed abſit a fidelium cor=
dibus·vt eſſe quid fatum dicant Aug·de ci·dei
Nam homines qn̄ fatum audiunt vſitata loquēdi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝯſuetudine non intelligunt niſi vim poſitionis ſi
derum qualis eſt qñ quis naſcitur ſiue concipitur
ꝙ aliqui alienant a dei voluntate. Et hij ab auri
bus omnium repellendi ſunt qui qualiumcunqꝫ de
orum volunt eſſe cultores. Aliqui vero ſtellas hāc
putant habē p̄tatē traditam ſibi a ſumma dei po
teſtate. qui magnam celo faciunt iniuriam. In cuiꝰ
velut ſplendidiſſima curia opinantur ſcelera faci
enda decerni. qualia ſi aliqua terrena ciuitas de/
creuiſſet. gñe humano decernente fuerat euerten
da   Chr. ſuper math. Si ergo aliquis adulter aut ho
micida fiat per ſtellaꝫ. magna eſt iniquitas illaꝝ
ſtellaꝝ. magis autē illius qui creauit ſtellas. nā
cum ſit preſcius futuroꝝ deus. ex quo tanta iniq
tas futura erat per ſtellas. ſi voluit ei dare non ē
bonus. Si voluit ei dare et non potuit impotens
eſt. Si etiam ſtelle eſt ꝙ aut mali ſumus aut boni
ergo nec bonum noſtrum laudandum eſt. nec malum
vituperandum. qꝛ nec in nobis eſt voluntarius ac
tus. vt quid enī mali mei penam ſuſcipiam. quod
non voluntate ſꝫ neceſſitate omiſi   Chr. ſup mth
Ip̄a denique mandata dei ne peccent homines aut
hortamenta vt faciant bonum. hanc inſipienciā
deſtruunt. Quis enī iubet aliquem ne faciat ma/
lum. quod non p̄t declinare. aut faciat bonum ad
quod non p̄t peruenire   Greg. inſipientes vero
ſunt et orationes omnibus ſcḋm fatum exiſtentibꝰ
exulat autem et prouidencia dei cum pietate. cum
his et homo organum ſolum inuenitur ſuperni cir
cularis motus. ad hoc enī moueri ad operationes
aiunt. non ſolum partes corporis et anime excogi
taciones. et vl'r. qui hoc dicunt que in nobis ſunt
et ꝯtingentis naturam deſtruunt ea. et nihil aliḋ
eſt hoc ꝙ̄ omnia euertē. vbi etiam de reliquo erit
liberum arbitrium. liberum enī oportet eſſe quod
eſt in nobis.   Aug. in .x. de ci. dei. Non vſquequaqꝫ
autem abſurde dici p̄t. ad ſolas corp̄m differencia
as afflatus q̄ſdā valē ſidēos. ſicut ſolaribus acce
ſſibus et deceſſibus videmus anni tp̄a variari. et
lunaribus incrementis et decrementis augeri. et
minui quedā gn̄a reꝝ ſicut conchas et mirabiles
eſtus oceani. non autem animi voluntates poſi/
cionibus ſideꝝ ſubdi. ꝙ non dicant ſtelle ſignifi
care iſta pocius ꝙ̄ facē. quid eſt quod nunꝙ̄ dicē
potuerīt. cur in vita geminoꝝ. in actionibus. in
euentibus et profeſſionibus. actibus. honoribus.
ceteriſqꝫ rebus ad humanam vitam pertinentibꝰ
atqꝫ in ip̄a morte plerumqꝫ ſit tanta diuerſitas vt
ſimiliores ſint multi extranei ꝙ̄ ip̄i inter ſe gemi
ni per exiguum tp̄is interuallum in naſcendo ſe/
parati In conceptu autem per ꝯcubitum vno etiā
momento ſeminati. Nō ergo conantur efficē de inter
uallo exigui tp̄is quod inter ſe gemini (dum na/
ſcēntur) habuerīt. Si tn̄ valet ꝙ̄ta inuenitur in ge
minoꝝ voluntatibus. actibus. moribus. caſibuſqꝫ
diuerſitas. Quidam vero non aſtroꝝ ꝯſtitucōeꝫ
ſꝫ omnium conexionem ſeriemqꝫ cauſaꝝ. quam dei
ſummi tribuunt voluntati et p̄nti fati nomine ap
pellant. Siquis ergo res humanas fato tribuit quia
ip̄am dei voluntatem vel p̄tatem fati nomine ap/
pellat. ſñiam teneat. linguam corrigat. qm̄ fati
nomen ſolet a loquētibus poni in ſideꝝ ꝯſtitucōe

Vnde voluntatem dei fati vocabulo non nūcupa/
mus. niſi forte vt fatum a fando .i. a loquendo di
ctum intelligamus. Scriptum eſt. Semel locutꝰ
eſt deus. duo hec audiui. Vnde non eſt multū cū
eis de verbi controuerſia laborandum atqꝫ certan/
dum   Aug. ꝯtra fauſtum. Si autem ſub fato ſtel
larum nullius hominis geneſim ponimus liberū
arbitrium voluntatis ab omni neceſſitatis vincu
lo vindicemus. quo minus illius tp̄alem gn̄acōeꝫ
ſub aſtroꝝ ꝯdicione credimus factā. q̄ eſt vniuer
ſoꝝ eternꝰ creator et dn̄s. Itaqꝫ illa ſtella quam
viderunt magi xp̄o ſcḋm carnem nato. non ad de
cretum dn̄abatur. ſꝫ ad teſtimonium famulabatur
Proinde non ex illis erat ſtellis. que ab inicio cre
ature itineꝝ ſuoꝝ ordinem ſub creatoris lege cu
ſtodiuit. ſꝫ nouo virginis partu nouum ſidus ap/
paruit. quod miſterium officij ſui. etiam ip̄is ma/
gis querentibus xp̄m cum ante faciem preiret ex
hibuit. donec eos vſqꝫ ad ip̄m locum. vbi deꝰ ver
bum infans erat preeundo perducēt. Qui autem
aſtrologi ita ꝯſtituerunt naſcencium hominum
fata ſub ſtellis vt aliquam ſtellarum homine aliq̄
nato circuitus ſui ordinem reliquiſſe. et ad eum q̄
natꝰ ē prexiſſe aſſeuēnt. ſortē quippe naſcentis aſ/
troꝝ ordini colligari arbitrantur. non aſtrorum
ordinem ad hominis nati diem poſſe mutari. qua
ꝓpter ſi ſtella illa ex his erat que in celo peragunt
ordines ſuos quō poterat diſcernē ꝙ xp̄s acturus
erat que nato xp̄o iuſſa eſt relinquē quod agebat
ſi autem vt probabilius creditē ad demonſtrandū
xp̄m que non erat. exorta eſt. non ideo xp̄s natus
eſt. qꝛ illa extitit. ſꝫ illa extitit quia xp̄s natus eſt
Vnde ſi dici oportēt non ſtellaꝫ xp̄o. ſꝫ xp̄m ſtelle
fatum fuiſſe dicēmus. Ip̄e quippe illi non illa huic
naſcendi attulit cauſam.   Chr. in ome. Non eſt ſꝫ
etiam aſtronomie opus a ſtellis ſcire eos qui na/
ſcuntur. ſꝫ ab hora natiuitatis futura predicere
hij autem tempus natiuitatis non cognouerunt.
vt hinc ſumentes initium a ſtellarum motu fut̄a
ꝯgnoſcēnt. ſꝫ econuerſo. Dicunt ergo. Vidimus ſtel/
lam eius.   Glo. id eſt ꝓpriam. quia hanc creauit
ad oſtenſionem ſui   Aug. in ſer. de epiph. paſtori/
bus angeli. magis ſtella xp̄m demonſtrat vtriſqꝫ
loquitur lingua celoꝝ. qꝛ lingua ceſſauerat pro/
phetarum. Celos angeli habitant. et ſidera exor
nant. vtriſqꝫ ergo celi enarrant gloriam dei   Greg
Et rationabiliter iudeis tanꝙ̄ ratione vtentibus
rationale animal id eſt angelus predicare debuit
gentiles vero quia ratione vti neſciebant. ad ꝯg
noſcendum dn̄m non per vocem ſꝫ per ſigna p̄du/
cuntur. quia et illis ꝓphecie tanꝙ̄ fidelibus et iſ/
tis ſigna tanꝙ̄ infidelibus data ſunt. Eiſdem aūt
gentibus xp̄m cum perfecte eſſet etatis. apoſtoli
predicant. eumqꝫ paruulum necdum per humā
oris officium loquentem ſtella gentibus denunci
at. quia nimirum rationis ordo poſcebat vt loq̄n
tem iam dn̄m loquentes nobis predicatores. et
necdum loquentem elementa muta predicarent
Aug. in ſer. de epiph. Ip̄e etiam xp̄us expectacio
gentium. de quibus quondam beatiſſimo p̄ri abra
he innumerabilis fuit promiſſa ſucceſſio. non car
nis ſemine. ſꝫ fidei fecunditate gn̄anda. Et ideo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtellarum multitudini ꝯparata. vt ab oī gentium patre non terrena ſ; celeſtis progenies ſperaret̄ Ad credendum ḡ promiſſe poſteritatis heredes ī ſideribus deſignari. ortu noui ſideris vt in quo celum eſt adhibitum in teſtimonium celi famuletur obſequium Chr. in ome. Qm̄ autem non celeſtiū vna ſtellarum hec fuit manifeſtum eſt. Nulla em̄ alia ſtellarum hac via procedit. hec em̄ ab oriēte in meridiem ferebatur. Ita em̄ paleſtina ad perſidem iacet. Secundo autem tp̄e quo videbat̄. non em̄ in nocte apparuit tm̄ ſ; in media die quod non eſt virtutis ſtelle. ſ; nec etiam lune. Tercio ab eo ꝙ apparebat et occultabatur rurſus. Cum em̄ intrauerāt hieroſolimam occultauit ſeip̄am deinde vbi herodem reliquerunt ſeip̄am monſtrauit. neq; eciā ꝓpriū quendam greſſum habebat. ſ; cum oportebat ire magos. ibat. qn̄ autē ſtare oportebat. ſtabat. ſicut et de columna nubis erat in deſerto. Neq; etiam ſurſum manens partum virginis oſtabat. ſ; deorſum deſcendens hoc faciebat quod non eſt ſtelle motus ſ; virtutis cuiuſdam rationalis Vnde videtur hec ſtella virtus inuiſibilis fuiſſe in talē apparentiam formata Rem. Nonnulli dicunt hāc ſtellam fuiſſe ſpm̄ ſanctum. vt ip̄e qui poſtea ſup baptizatum dn̄m deſcendit in ſpecie columbe. in ſpecie ſtelle apparuit magis. Alij dicunt fuiſſe angelum vt ip̄e qui apparuit paſtoribus apparuerit etiam magis. Gloſa Sequitur etiam. in oriente Vtrum ſtella in oriente orta ſit ꝛc an ip̄i ibi poſiti natam et occidentem viderint ambiguum eſt. Potuit em̄ naſci in oriente et eos in hieruſalē ꝑducē

Aug. in ſer. de epiph. Sed dicturus es. a q̄bus audierunt ꝙ talis ſcʒ ſtella xp̄m natum ſignificaret. profecto ab angelis aliqua monicōe reuelacionis. Queris fortaſſis ab angelis bonis an malis Xp̄m quidem et angeli mali hoc eſt demones filiū dei eſſe confeſſi ſunt. Sed cur non et a bonis audierint qn̄ in xp̄o adorando ſalus eoꝝ iam querebat̄ non iniquitas damnabatur. Potuerunt ḡ illis et angeli dicē. Stella quam vidiſtis xp̄s eſt. ite adorate illum vbi natus eſt. et ſimul iudicate. qualis quantuſq; natus ſit Leo papa in ſer. de epiph. Vel preter illam ſtelle ſpeciem que corporeum incitauit obtuitum fulgencior veritatis radi⁹ eoꝝ corda perdocuit. Et hoc quidem ad illuminacōē fidei pertinebat Aug. in li. de queſ. no. et ve. t. Vel iudeorum natum regem intellexerunt. cū ſtella indice tp̄alis rex ſoleat deſignari Illi em̄ magi caldei non maliuolencia aſtroꝝ curſum ſ; reꝝ curioſitate ſpeculabantur. Sic̄ em̄ datur intelligi traditionem balaam ſequebatur. qui dixit. Orietē ſtella ex iacob. Vnde videntes ſtellam extra ordinem mundi. hanc eſſe intellexerunt quam balaam futuram indicem regis iudeoꝝ ꝓphetauerat.

Leo papa in ſer. de epiph. Potuerunt autē illis credita et intellecta ſufficē vt corꝑali intuitu nō inquirērent quod pleniſſimo viſu mentis inſpexerāt Sed diligencia ſagacis officij ad videndum vſq; ad puerum perſeuerans. noſtri tp̄is hominibus ſeruiebat vt ſicut omnibus nobis profuit ꝙ poſt reſurrectionem dn̄i veſtigia vulnerum ei⁹ thome apoſtoli explorauit manus. ita ad nr̄am vtilitatē ꝓficeret ꝙ in infanciam ip̄ius magoꝝ probauit aſpectus. Vnde dicunt. Venimus adorare eum Chr. ſuper math. Sed nunquid neſciebant. quia in hieruſalem regnabat herodes. nunquid non intelligebant qr quicunq; rege viuente alterum regem pronunciat aut adorat punitur in ſanguine. Sed dum conſiderabant regem futurum non timebant p̄ntem. adhuc non viderant xp̄m. iam parati erant mori pro eo. O beati magi qui ante ꝯſpectum crudeliſſimi regis priuſq; xp̄m cognoſcerent xp̄i facti ſunt ꝯfeſſores.

**Audiēs aūt herodes rex turbat⁹ eſt et oīs hieroſolima cum illo et congregans oēs principes ſacerdotū. et ſcribas popl'i ſciſcitabat̄ ab eis vbi xp̄s naſceretur at illi dixerunt ei In bethleem iude Sic em̄ ſcriptū eſt ꝑ ꝓphetam. Et tu bethleem terra iuda neq̄q̄ es minima in principib⁹ iuda Ex te em̄ exiet dux qui regat ꝓp'lm meū iſrahel.**

Aug⁹. in ſer. de epipha. Sicut magi deſiderant redemptorem. ita herodes timet ſucceſſorem vn̄ ſequitur audiens aūt herodes rex turbat⁹ eſt Glo. rex dicitur vt ex collatione eius qui queritur hic intelligatur extrane⁹. Chr. ſuper math. Et ideo turbatur audiens regem natum iudeis ex gn̄e iudeorum cum eſſet ip̄e genere idumeus. ne regno reuoluto iteꝝ ad iudeos. ip̄e a iudeis expellētur. et ſemen eius poſt ip̄m precidētur a regno. Sp em̄ grandis ꝑtas maiori timori ſubiecta eſt. Sicut enim rami arborum in excelſo poſitaꝝ etiā ſi leuis aura flauerit mouentur. ſic et ſublimes homines etiam leuis nuncij fama ꝯturbat. humiles aūt ſicut in cōualle plerumq; in tranquillitate conſiſtunt.

Aug. in ſer. de epiph. Quid autem erit tribunal iudicantis qn̄ ſuperbos reges timē faciebat natiuitas infantis. Pertimeant regem ad patris dextram iam ſedentem. quē rex impius timuit adhuc matris vbera lambentem Leo papa in ſermone de epiph. Superfluo tn̄ herodes timore turbaris. non capit xp̄m regia tua. nec mundi dominus poteſtatis tue cepit eſſe ꝯtentus anguſtijs. quē in iudea regnare non vis vbiq; regnat Glo. vl' non ſolum ꝓpter ſe timuit ſ; ꝓpter iram rōnorum. Decreuerant em̄ romani ne quis rex vel deus ſine eoꝝ ꝯſilio dicētur Greg. in ome. Celi autem rege nato rex terre turbatus eſt. quia nimirū terrena altitudo ꝯfunditur. cum celſitudo celeſtis aperit̄

Leo papa in ſer. de epiph. Herodes etiam dyaboli perſonam gerit. c⁹ tunc fuit incentor. ita nūc eſt et defeſſus imitator. Cruciatur em̄ vocatione gencium. et quotidiana poteſtatis ſue deſtructione torquetur Chr. ſuper math. Vterq; ḡ zelo ꝓpo turbatur. et ſui regni ſucceſſorem timebat. Herodes terrenum. dyabolus autem celeſtē Ecce autem et iudaicus populus turbatur. qui magis de auditu iſto gaudē debuerat. quia rex iudeus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſurgẽ dicebatur· Sed turbabantur· quia de ad-
uentu iuſti non poterant gaudẽ iniqui· Aut certe
t̃babant̃· ne forte irat⁹ iudaico regi gen⁹ e⁹ vexa
ret· Vnde ſequitur· Et omnis hieroſolima cũ illo
Glo· volens illi fauẽ quem timebat· popul⁹ eñ
plus iuſto eis fauet quos crudeles ſuſtinet· Seq̃t̃
Et ↄgregans omnes principes ſa· et ſcr· po· Vbi
nota diligenciam inquirentis· vt ſi inuenerit fa-
ciat quod poſtea ſe velle oñdit· ſin autem excuſa-
tus ſit romanis· Remi· Scribe autem dicti ſunt
non tm̃ ab offitio ſcribendi ſ; pocius ab interpre
tacione ſcripturarum· erant eñ legiſdoctores· Se/
quitur Sciſcitabatur ab eis vbi xp̃us naſceretur·
Hic attendendum eſt· q; non dixit· vbi xp̃s nat⁹
eſt· ſ; vbi naſcẽtur· Callide eñ interrogauit eos
vt poſſ; agnoſcẽ ſi de rege nato letarentur· xp̃m
autem vocat quia nouerat iungi regem iudeorum
Chri· ſuper math· Vt quid autem interrogat
herodes qui non credebat ſcripturis? aut ſi creda
bat quõ ſperabat poſſe interficẽ illum q̃; regem
eſſe futurum dicebant· Sed dyabolus inſtigabat· q̃
credebat q; ſcripture non menciuntur· Sic ſunt
omnes peccatores qui hoc ipm̃ quod credunt per
fecte credẽ non permittuntur· quod eñ credunt
veritatis eſt virtus· que non poteſt eſſe occulta·
q; autem non credunt execatio eſt inimici· Si eñ
perfecte credẽnt ſic viuẽnt· quaſi poſt modicum
tranſituri de hoc mundo non quaſi inetemum man
ſuri· Sequitur· At illi dixerunt In bethlee; iude·
Leo papa in ſer· de epiph· Magi quidem hũano
ſenſu· ſignificatum ſibi regis ortum exiſtimauẽrũt
ĩ ciuitate regia eſſe querendum· Sed qui ſerui ſu-
ſceperat formam et non iudicare veñat ſ; iudicari
bethleem preelegit natiuitati· hieroſolimam paſſi
oñi Theodorus· Si eñ maximam romam elegiſ-
ſet ciuitatem potencia ciuium mutacionem orbis
terrarum factam putarent· Si filius fuiſſet impera
toris p̃tati vtilitatem aſcribẽnt· Sed quid fecit·
oĩa egena et vilia elegit· vt diuinitas ↄgnoſcẽtur
orbem tranſformaſſe terrarum· Propterea pauper
culam elegit matrem· pauperiorem patriam· ege
nus fit pecunijs· et hoc tibi exponit preſepe
Greg· in ome· Bene etiam in bethleem naſcitur·
Bethleem quippe domus panis interpretatur·
Ip̃e nanq; eſt qui ait Ego ſum panis viuus qui de
celo deſcendi Chr· ſuper math· Cum autem de
buiſſent celare miſterium regis preſumti a d̃o ma-
xime in ↄſpectu alienigene regis facti ſunt non p̃
dicatores operum dei ſ; proditores miſteriorum eius
et non ſolum manifeſtant miſterium· ſ; etiam pro-
pheticum protulerunt exemplum· Vnde ſub
iungunt Sic enim ſcriptum eſt per prophetam·
ſc; micheam· Et tu bethleem terra iuda Gloſa·
Hoc ſic ponit vt ab eis dictum eſt· qui etſi nõ ver
ba veritatem quodammodo ſenſus ponunt·
Hiero· Vnde hic reprehenduntur iudei de igno-
rancia· qm̃ ꝓpheta dicit· Tu bethleem effrata il
li dixerunt· tu bethleem terra iuda Chr· ſuper
matheum· Sed adhuc ip̃am ꝓpheciam precidẽtes
interficiendorum paruulorum facti ſunt cauſa· Sic
eñ ſcriptum erat· Ex te exiet rex qui paſcet popu
lum meum iſrahel et dies eius a diebus ſeculi· Si
g̃ integram ꝓpheciam protuliſſent· conſiderans
herodes quia venerat rex terrenus· cuius dies a
diebus ſeculi erant inim̃ furorem non exarſiſſet
Hiero· ſuper math· Eſt autem ſenſus ꝓphecie tal'
Tu bethleem terra iuda vel effrata· quod ideo di
citur quia eſt alia bethleem in galgalis ſita· q̃uis
ſis paruus vicus inter milia ciuitatum iuda· tñ ex
te naſcetur xp̃s qui erit dñator iſrahel· qui ſcd̃m
carnem de dauid eſt· de me tñ natus eſt añ ſecula·
Et ideo d̃r· Egreſſus eius ab inicio a diebus eter/
nitatis· quia in principio verbum erat apd̃ deũ·
Sed hoc vltimum/ vt dictum eſt/ iudei tacuerunt
Alia vero mutauerunt vel ꝓpter ignorantiam· vt
dictum eſt· vel ad maiorem manifeſtacionem· vt
herodi alienigene intellectum ꝓphecie aperirẽt·
Vnde pro eo q; propheta dixit effrata· quod
erat nomen antiquum· et forte herodi ignotum·
dixerunt terra iuda· Pro eo autem q; ꝓphecia dix
erat minima es in milibus iuda· volens oñdẽ par/
uitatem eius q̃tum ad populi multitudinem· dixe
runt· Nequaq̃ minima es in principibus iuda· vo
lentes oñdẽ magnitudinem dignitatis prouenien
tem ex dignitate principis naſcituri· quaſi di/
cerent· magna es inter ciuitates· ex quibus prin
cipes prodierunt Remi· Vel talis eſt ſenſus· q̃m
uis minima videaris inter vrbes principatum ha
bentes· tñ non es minima· quia ex te exiet dux q̃
regat populum meũ iſrahel· Dux autem iſte xp̃s
eſt· qui populum fidelem regit et gubernat·
Chr· in om· Intende aũt certitudinem ꝓphecie non
eñ dixit q; in bethleẽ erit· ſ; q; de bethleem exiet
oñdens q; ibi ſolum naſcẽtur· quõ autem h; racõ;
de zorobabel hec dicta eſſe· vt quidam dicunt· nõ
eñ exitus eius fuit a principio ex diebus ſeculi·
Neq; etiam ex bethleem exiuit· cum non in iudea
ſ; in babilonia natus ſit· Eſt etiam ad hoc q; dicit
Nequaq̃ minima es· quia ex te exiet· Nullus enim
alius illuſtrem fecit villam in qua naſcẽtur q̃ xp̃s
Poſt natiuitatem eñ a finibus orbis terrarũ ve-
niunt viſuri preſepe et tugurij locum· Non autẽ
dixit· Ex te exiet filius dei· ſ; dux qui paſcet pp̃l'm
meum iſrahel· Oportebat eñ in principio conde-
ſcendẽ· vt non ſcandalizarentur· et que ad ſalute;
hominum pertinebant predicare· vt magis indu
cerentur· Q̃ autem dicit· qui regat pp̃l'm meum
iſrahel· Iſrahel eñ hic dicit eos qui crediderunt
ex iudeis· ſi aũt non omnes xp̃s rexit eorum eſt accu
ſacio· De gentibus autem interim tacuit· ne ſcan/
dalizaret iudeos· Vide autem mirabilem diſpenſa
tionem· Iudei eñ et magi ſimul ſeinuicem docent·
Iudei a magis audiunt· q; xp̃m in orientis regiõe
ſtella predicabat· et magi a iudeis· quod ꝓphete
antiquitus eum nunciauerunt vt geminato teſti-
monio ↄfirmati ardentiori fide expetẽnt· quem et
ſtelle claritas et ꝓphecie manifeſtabat autoritas
Aug⁹· in ſer· de epiph· Poterat eñ ſtella que
magos perduxit ad locum vbi erat cum m̃re vir-
gine deus infans ad ip̃am eos perducẽ ciuitatem
S; tñ ſubtraxit ſe nec eis prorſus apparuit donec
de ciuitate in qua xp̃s naſcẽtur et ip̃i iudei dicẽnt
in bethleem iude· Similes facti fabris arche noe
qui alijs/ vbi euadẽnt/ preſtiterunt· et ip̃i diluuio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perierunt· Similes lapidibus miliarijs viam oſtē
derunt· nec ipi ambulare potuerunt· Audierunt
et abierunt inquiſitores· dixerunt et remanſerūt
doctores· Nunc quoqꝫ iudei ſimile aliquid nobis
exhibere non deſinunt· Nonnulli enim paganorū·
quando eis de ſcripturis teſtimonia clara profe=
rimus vt nouerunt xp̄m ante ꝓphetatum ſuſpecti
ne forte a xp̄ianis iſta conficta ſint· malunt credē
codicibus iudeorum· Et ſicut tunc magi fecerant·
Judeos dimittunt inaniter lectitare· ipi pergūt
fideliter adorare·

## Tunc herodes clam vocatis magis diligē ter didicit ab eis tem pus ſtelle que apparu it eis· Et mittens eos in bethleem dixit· ite et interrogate dili= genter de puero· et cum inueneritis renū ciate mihi vt et ego veniens adorem eum Qui cum audiſſent re gem abierunt·

Chri· ſup math·
Poſtq̄m audiuit he=
rodes reſponſum du
plici modo credibile
primum quia a ſacer
dotibus fuerat dictū
Deinde q2 exemplo
ꝓphetico fuerat con
probatum· non tamē
ad deuocionem flecti
tur naſcituri regis ſꝫ
ad maliciam interfe=
ctionis eius ꝑ dolum
vidit eñ q2 non po/
terat magos nec blā
dimentis flectē· nec
minis terrere nec au
ro corrumpere vt cō
ſentirent in interfec
tionem regis futuri·
Jdeo illos decipere
cogitauit· Vnde dicitur· Tunc herodes clam vo=
catis magis· occulte autem vocauit eos vt non vi
dēnt iudei quos habebat ſuſpectos· ne forte q̄ſi
regem ſue gentis amantes prodēn toſi ium eius·
Diligenter didicit ab eis tp̄s ſtelle Remig· id
circo diligenter· quia callidus erat· et timebat ne
non reuertēntur ad eum vt tunc ſciret quid agēt
de puero occidendo Aug· in ſer· de epiph· ferme
autem biennio ante viſa eſt ſtella mirantibus q̄d
eſſet· ſꝫ tunc intelligitur indicatum eis cuius eſſet
ſtella que iam diu videbatur quando natus eſt q̄
per illam ſignificabatur· Sed poſtq̄ xp̄o nato re
uelatum eſt magis· venerunt ab oriente· et ·xiij·
die adorauerunt eum queꝫ ante paucos dies natū
fuiſſe didicerunt· Chr· in ome· vel ante multum
tp̄s hec ſtella apparuit· quoniam multum temp9
in itinē erant magi conſumpturi vt confeſtim cū
natus eſſet xp̄o aſſiſtēnt eum in faſcijs adorantes
vt mirabilior apparēt Glo· ſm alios vero a die
natiuitatis xp̄i creditur ſtella tm̄ apparuiſſe· et ꝑ=
acto officio/ cum noua eſſet/ deſijt eſſe Ait enim
Fulgencius· puer natus nouam ſtellam fabricauit
Cognito autem loco· et tempore perſonam pueri
vult non ignorare· vnde dicit· Jte et interrogate
diligenter de puero· illud precepat· quod abſqꝫ
precepto erant facturi Chr· in ome· Non autem
dicit· Jnterrogate de rege· ſed de puero· neqꝫ eñ
principatus nomine eum vocari ſuſtinebat·
Chri· ſuper matheum· Ergo vt ad hoc eos indu=
ceret deuotionem promittebat· et per eam gla/
dium acuebat et maliciam cordis ſui humilitatis
colore depingebat Talis eſt conſuetudo omnium
malignorum· quando aliquem in occulto grauius
ledere volunt· humilitatem illi et amicicias fin
gunt· Vnde dicit· Et cum inueneritis renunciate
mihi· vt ego veniens adorem eum Greg· i ome·
Adorare eum ſe velle ſimulat vt quaſi hunc/ ſi in=
uenire poſſit/ extinguat· Sequitur· Qui cum audi
ſſent regem abierunt· Remig· Audierunt magi
herodem vt querēnt dominum· ſed non vt ad eū
reuertēntur· Significat enim bonos auditores q̄
bona que audiunt a malis predicatoribus faciunt
ſed tamen opa illoꝝ non imitanẽ Chr ſuper

## Et ecce ſtella quam viderant· in oriente antecedebat eos vſqꝫ dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer·

matheum· Ex hoc lo/
co oſtenditur· quia
cum ſtella deduxiſſet
magos prope hieru
ſalem abſcondita eſt
ab eis vt relicti a ſtel
la cogerentur in hie
ruſaleꝫ interrogare
de xp̄o ſimul et mani
feſtare ꝓpter duo Primo ad ꝯfuſionem iudeoꝝ·
quia gentiles ſtelle tantummodo viſione confir/
mati xpriſtum per alienas prouincias requirebāt
Et iudei ab infancia prophecias legentes de xp̄o
et in ſuis finibus natum non ſuſceperunt· Demū
vt interrogati ſacerdotes vnde naſcitur xpriſt9
ad preiudicium ſuum reſponderent· de bethleem
quia qui herodem docuerant de xpriſto· ipſi ig=
norabant de illo· Et ideo poſt interrogacionem
et reſponſionem habitam· ſubditur· Et ecce ſtella
quam viderant in oriente antecedebat eos· vt cō
ſiderantes obſequium ſtelle regis intelligēnt di=
gnitatem· Auguſtinus in ſermone de epipha·
Et vt xpriſto plenum redderet obſequium· tem/
perauit gradum donec magos perduceret ad pu
erum· Obſequium prebuit non imperium adduxit
ſupplices oſtendit ampliſſimo lumine· et tecta na
ti confudit· ſicqꝫ diſceſſit· Vnde ſequitur· Vſqꝫ dū
veniens ſtaret ſupra· vbi puer erat Auguſtin9
ſuper matheum· Quid autem mirum ſi ſole iuſticie
orituro ſtella miniſtrabat diuina· Stetit enim ſu
pra caput pueri· quaſi dicens· hic eſt· vt quia lo=
quendo monſtrare nō poterat ſtando demonſtra
ret· Gloſa· Hic autem apparet· q̄ ſtella in aere
poſita erat· et domui in qua puer erat· multum vi
cina· aliter enim domū non diſcreuiſſet Ambro·
ſuper lucam· Hec autem ſtella via eſt· et via xp̄s
quia ſm incarnationis miſterium xp̄us eſt ſtella·
Jp̄e eñ eſt ſtella ſplendida et matutina· Vn̄ vbi
herodes eſt non videtur· vbi autem xp̄us· turſum
videtur et viam monſtrat Remigius· vel ſtella
ſignificat graciam dei· herodes dyabolum· Qui
autem per peccatum ſe dyabolo ſubdit· mox gra/
tiam perdit· Quod ſi per penitenciam receſſerit·
mox graciam inuenit que non dimittit donec per
ducat ad domum pueri· id eſt eccleſiam· Gloſa·
Vel ſtella eſt illuminatio fidei· que ad ꝓximum
ducit· quam dum diuertunt ad iudeos magi amit
tunt· quia dum a malis conſilium querunt· veram
illuminationem perdunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde· et intrantes domum inuenerunt puerum cū maria matre eius· et procidentes adorauerunt eum· Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera ·aurū· thus · et mirram·**

Glo· poſtꝙ premiſit ſtelle obſequium· ſubiungit euangeliſta magoꝝ gaudium dicens· Videntes aūt ſtellam · gauiſi ſunt gaudio magno valde Remi· Et ſciendum ꝙ non ſatis fuit dicē euangeliſte · Gauiſi ſunt· ſꝫ addidit · gaudio magno et valde· Chr·ſuper math· Gauiſi ḡ ſunt · quia ſpes eorum non erat decepta · ſꝫ amplius ↄfirmata ꝙ tanti itineris non ſine cauſa ſuſceperūt laborem Glo· Gaudio gaudet· qui ꝓpter deum gaudet· qui eſt verum gaudium· addidit autē et magno· q2 de magno gaudebant· Chr· per miſterium eīn ſtelle intelligebant qm̄ dignitas tūc nati regis excedebat menſuram omnium mundialium regum· addidit etiam valde Remig· quia voluit oñdē ꝙ magis gaudent hoīes de rebus ꝑditis· ꝙ ſꝑ poſſeſſis· Subditur autem· et intrātes domum inuenerūt puerꝝ Leo pp̄· in ſer· de epiph Quantitate paruum aliene opis indiguum· fandi impotentem· et nulla ab humane infancie gn̄alitate diſcretum· q2 ſicut fidelia erant teſtimonia· que in eo maieſtatem inuiſibilis diuinitatis oñderent· ita probatiſſimum debebat eſſe ſempiternā illam eſſentiam filij dei veram ſuſcepiſſe hominis naturam Cum maria matre eius· Chr· ſup mth· Non dyademate coronata · aut in lecto aureo recumbente · ſꝫ vix tunicam habentē vnam· non ad ornamentum corpis· ſꝫ ad tegumentum nuditatis· q̄lem habē potuit carpentarij vxor pegre ↄſtituta Si ḡ regem terrenum querentes veniſſent magis fuiſſent confuſi ꝙ gauiſi· q2 tanti itineris laborem ſine cauſa ſuſcepiſſent· Nunc autem quia celeſtem regem q̄rebant· et ſi nihil regale videbāt in eo tn̄ ſolius ſtelle teſtimonio contenti gaudebant oculi eoꝝ contemptibilem puerꝝ aſpicē· q2 nō potiant ſpūs in corde eoꝝ terribilem eum monſtrabat· Vnde procidentes adorauerunt eum· Vident eīn hominem et agnoſcunt deum· Rabanus· diuino autem nutu factum eſt· ꝙ abierat ioſeph · ne aliq̄ male ſuſpicionis occaſio daretur gētib9 Gloſa· Qui lꝫ morem ſue gentis in donis offerendis ſequantur· Arabes eīn · auro thure et diuerſis gn̄ibus aromatum abundant· tn̄ aliquid miſterij muneribus demonſtrare volebant· Vnde ſequitur· Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera· aurum thus et mirram Greg9· aurum quippe regi ↄgruit· thus vero in dei ſacrificium ponebatur· mirra autem mortuoꝝ corpa condiuntur Aug in ſer· de epiph· aurum igitur ſoluitur quaſi regi magno· thus īmolatur vt deo· mirra prebet· q̄ſi pro ſalute omnium morituro Chr hec autem et ſi tunc non intelligebant · ſm̄ quale miſteriū iſta gerebant· vel quid ſignificaret vnumquodqꝫ munus eoꝝ nihil ↄtrarium eſt· Gracia eīn que illos hec omnia facē hortabatur ip̄a ordinauerat vniuerſa· Remigius· Et ſciendum· ꝙ iſti non ſinguli ſingula obtulerunt · ſꝫ ſinguli tria · et ſinguli cum ſuis muneribus regem deum et hoīeꝫ predicauerūt Chr· in ome· Verecundentur ḡ marcion et paulus ſamoſetanus qui nolunt vidē que magi viderūt qui eccleſie ſunt progenitores deum in carne adorantes· qm̄ eīn in carne erat · faſcie monſtrant et preſepe· Nō autem non vt purum hoīeꝫ adorant ſꝫ vt deum· demonſtrant dona que deo offerre decens erat· Confundantur et iudei videntes ſe preuentos a magis· et neqꝫ poſt illos venire ſtudent Greg· pt et in his aliud intelligi· Auro nanqꝫ ſapiencia deſignatur Salomone teſte qui ait· theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis· Thure quod deo incenditur · virtus orōnis exprimitur · ſm̄ illud · Dirigatur orō mea ſicut incenſū i ↄſpectu tuo· Per mirram vero carnis mortificacō figuratur· Nato ḡ regi aurum offerimus· ſi in conſpectu eius ſapie lumine ſplendemus· Thus offerimus ſi per orationum ſtudī1 deo redolē valeam9 Mirram offerimus ſi carnis vicia per abſtinenciā mortificamus Glo· tres autem viri qui offerunt ſignificāt gentes de tribus partibus mundi venientes Theſauros aperiunt dum fidem cordis ꝑ ↄfeſſionem oſtendunt· Bn̄ autem in domo docentes ne theſaurum bone ↄſcie iactando ꝓpalemus· Offerunt tria munera· hoc eſt fidem ſancte trinitatis· Vel apertis theſauris ſcripturaꝝ· hyſtoricum· moralem et allegoricum ſenſum offerūt· vel logicam· phiſicam· et hicam· dum illa fidei ſeruire faciunt·

**Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad herodem per aliaꝫ viam reuerſi ſunt in regionem ſuam**

Aug· in ſermone de epiph· herodes impius factus ex timore crudelis voluit deſeuire · Sed quō poterat capere eum· qui ip̄as fraudes venerat amputare· Vt ḡ eius fraus elidētur Sequitur · Et rn̄ſo accepto· Hiero· Qui eīn munera obtulerūt dn̄o· ↄſequenter reſponſum accipiunt Rn̄ſum non per angelum fieri d2· vt meritoꝝ ioſeph priuilegiuꝫ demonſtraretur Gloſa· fiat autem hec reſponſio pēr ip̄m dn̄m· q2 nullus alius viam reuerſionis inſtituit· niſi ille qui dicit· Ego ſum via· non tamen loquitur puer ad eos· ne diuinitas ante tp̄s reueletur· et vt vera humanitas habeatur · Dicit aūt· Et rn̄ſo accepto· Sicut eīn moyſes tacit9 clamat Sic iſti pio affectu interrogabant quid diuina iubēt voluntas· Dicit auteꝫ· Per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam· Quia infidelitati miſcēdi non erant iudeoꝝ Chr· in ome· Intuere auteꝫ magorum fidem qualiter non ſcandalizati ſunt in ſeip̄is dicentes· Si magnus eſt puer hic que neceſſitas fuge eſt· et occulte receſſionis· Hoc enim eſt vere fidei non querē cauſas eoꝝ que vere precipiuntur· ſꝫ ſuaderi ſolum ab eis Chr· ſup mth Si autem magi xp̄m quaſi terrenum regem queſiſſent inuenientes eum apud ip̄m manſiſſent· Nunc autem adorauerunt et reuerſi ſunt· Cum aūt reuſ

fuiſſent· manſerunt colentes deum magis q̄ ante
et predicantes multos erudierīt· Et demum cū tho
mas iuiſſet ad prouinciam illam · adiuncti ſunt et
baptizati· facti ſunt executores p̄dicationis ipſius
Greg. Magnum vero nobis aliquid magi innuūt
q̄ in regionem ſuam per aliam viam reuertuntur
Regio quippe noſtra paradiſus ad quem ieſu cog/
nito redire per viam qua venimus prohibemur·
A regione etenī noſtra· ſuperbiendo viſibilia ſe=
quendo· cibum vetitum guſtando diſceſſimus· Sȝ
ad eam neceſſe eſt vt flendo obediendo · viſibilia
contemnendo atq̄ȝ appetitum carnis refrenando re
deamus Chri· ſuper math· Nec etiam erat poſſi
bile vt q̄ȝ ab herode ad xp̄m veniſſent · redirent
ad herodem· qui enī relicto xp̄o ad dyabolum trā
ſeunt per peccatum· frequenter per penitenciam
reuertuntur ad xp̄m Qui enī fuit in innocencia dū
neſcit quid eſt malum facile decipitur· Sed cū ex
pertus fuerit malum quod inuenit et recordatus
bonum quod perdidit compunctus redit ad deū·
Qui autem relicto dyabolo venit ad xp̄m difficile
redit ad dyabolum· q̄ȝ dum gaudet in bonis que
inuenit et recordatur mala que euaſit difficile re=
dit ad malum

Qui cum receſſiſſent
ecce angelus domini
apparuit in ſomnis io
ſeph dicens· ſurge et
accipe puerum et ma
trem eius · et fuge in
egiptum et eſto ibi·
vſq̄ȝ dum dicam tibi·
futurum enim eſt vt
herodes querat pue=
rum ad perdendum
eum· qui conſurgens
accepit puerum ⁊ ma
trem eius nocte · et ſe
ceſſit in egiptum · et
erat ibi vſq̄ȝ ad obi=
tum herodis vt adim
pleretur quod dictū
eſt a domino· per pro
phetam dicentem· ex
egipto vocaui filium
meum ·

Rabanus· Hic pre
termittit matheꝰ diē
purificationis · ī qua
oportebat primoge
nitum offerri in tem
plo et agnum vl' par
turturum non autem
columbaꝝ· Et q̄uis
timēnt herodem · tñ
nō ſunt auſi tranſgre
di legem· quin ad tē
plum puerꝝ deferrēt
Cum itaq̄ȝ rumor de
puero iam inciperet
dilatari· mittitur an
gelus qui in egiptū
faciat puerum tranſ
portari· Vnde dicit·
Angelus dñi appaiu
it in ſomnis ioſeph
Remigius · Per hoc
q̄ ſemper angelus
ioſeph in ſomnis ap
paruiſſe dr̄ · miſtice
deſignatur· quia illi
qui a curis terrenis
et ſecularibus nego/
cijs quieſcunt · p̄frui
angelica viſione me=
rentur· Dicit ergo ei
Surge et accipe pue
rum et matrem eius·
Hyla · cū deſponſa
tam eam iuſto ſignificabat· coniugeȝ nuncupauit
Sed poſt partum mater tm̄ hieſu oñditur· vt q̄ȝ
admodum iuſto ioſeph deputaretur Marie ī vir/
ginitate coniugium· ita venabilis ꝯoñdētur in ieſu
matris virginitas Chr· ſuper math· Non auteȝ
dicit accipe matrem et puerum eius · ſȝ econuerſo
q̄ȝ non ꝓpter matrem puer natus eſt· ſȝ ꝓpter pue
rum mater prepata eſt· Sequitur· et fuge in egi
ptū Quō aūt filius dei ante hominem fugit aut
quis liberet de inimicis · ſi et ipe inimicos ſuos ti/
met· Et primum quidem oportet vt regulam hu=
mane nature quam ſuſcepit conſeruet· et in hac p
te· q̄ȝ humane nature et puerilitati cōuenit fugē·
p̄tatem minantem· Deinde vt ceteri xp̄iani cum ne
ceſſitas perſecutionis aduenerit fugere non eru=
beſcant Sed quare in egiptum· recordatus eſt· n·
dñs qui non in finem iraſcitur quanta mala fecerit
ſuper egiptum· ideo mittit filium ſuum in eam· ⁊
dat illi magne reconciliationis ſignum· vt decem
plagas egipti vna medicia ſanaret vt ꝑpl's qui añ
fuerat perſecutor populi primogeniti· cuſtos fi=
eret filij vnigeniti vt quia illi violenter damnati
ſunt· iſti cum deuotione ſeruirent· vt iam non irēt
ad mare rubrum demergendi · ſed vocarentur ad
aquas baptiſmatis viuificandi Aug· in ſermone
de epiph· Audi etiam magni miſterij ſacramentū
Moyſes aliqñ in egipto perfidis clauſerat diem·
illuc xp̄s aduemens ſedentibus in tenebris reddi
dit lucem· fugit vt illuminaret non fugit vt latēt
Sequitur· Et eſto ibi vſq̄ȝ dum dicam tibi· futuꝝ
eſt enī vt herodes puerum querat ad perdendum
eum· Putabat enī infelix tyrannus ſaluatoris ad=
uentu regali ſe ſolio detrudendum· Sed non ita
eſt· non ad hoc venerat xp̄s vt alienam gloriaȝ in
uaderet· ſȝ vt ſuam donaret· Sequitur Qui ꝯſur/
gens accepit puerum et matrem eius nocte et ſece
ſſit in egiptum· Hylarius· Seȝ ydolis plenam
Iam enī poſt iudeorum inſectacionem iudeam re/
linquens ignoranti ſeculo colendus infertur
Hiero· Qñ igitur tollit puerum et matrem eius·
vt in egiptum tranſeat · nocte tollit in tenebris·
Quando vero reuertitur in iudeam· nec nox nec te
nebre ponuntur in euangelio Chr· ſuper math
Omnis enī perſecutionis anguſtia nox eſt · refri=
gerium autem dies Rabanus· Vel quia luce ipſa
recedente lucis ipſius mores ī tenebris remanſerūt·
Ipſa vero redeunte illuminantur· Chr· in ome·
Vide autem ſtatim ipō nato tyrannum inſanire· ⁊
q̄ mater cum puero ad extraneam effugatur regi
onem· vt ſi tu incipiens alicui ſpiritali rei deſerui/
re· videaris tribulari· non turberis ſȝ oīa viriliter
feras hoc habens exemplum· Beda· q̄ enī dñs
a parentibus ſublatus eſt in egiptum · ſignificat
electos ſepius maloꝝ improbitate· ſuis effugan=
dos ex ſedibus· vel etiam exilio damnandos Siq̄
dem ipe qui ſuis erat precepturus· cum vos per
ſecuti fuerint in vnam ciuitatem effugite in aliaȝ
primus fecit quod precepit· fugiendo hominem·
quaſi homo in terra· quem ſtella magis paulo añ
adorandum monſtrauit ex celo Remi· Qō auteȝ
dñs in egiptum iturus eſſet predixerat yſaias · cū
ait· Ecce dñs aſcendet ſuper nubem leuem · et in/
gredietur egiptum · et diſperdet ſimulacra egi/
pti· Remigius· Conſuetudo autem fuit iſtius
euangeliſte omnia que dixerat ꝯfirmare· et hoc
ideo q̄ȝ iudeis ſcribebat· ideo ſubiungit · vt adim
plētur quod dictum eſt a dño per ꝓph etam dicē
tem· Ex egipto vocaui filium meum Hieronimꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de optimo gn̄e interpretandi · Hoc · lxx · interpre
tes non hn̄t · Sed in oſee ꝓpheta iuxta hebraicam
ſcribitur veritatem · qꝛ puer iſrahel ⁊ dilexi eum
Ex egipto vocaui filium meū · Pro q̄ · lxx · tranſtu
lerunt · quia paruulus eſt iſrahel et dilexi eum · ex
egipto vocaui filium meum Hieroꝰ · ſuper oſee ·
Hoc autem teſtimonio vtitur euangeliſta · qꝛ hec
tipice referuntur ad xp̄m Notandum eīn ꝙ in hoc
ꝓpheta · et in alijs ita de aduentu xp̄i et deuocōe
gentium prenunciatur · vt radix hyſtorie penitꝰ
non deſeratur · Chr · in ome · Eſt etiam ꝓphecie
lex multa multociēs dici de alijs · Compleri aūt in
alijs ſicut de Simeone et leui dictum eſt · Diuidam
eos in iacob · et diſpergam in iſrahel quod non in
eis ſꝫ in nepotibus completum eſt quod et h̄ ap-
paret · Xp̄s eīn natura dei filius eſt · et ſic in eo ve
ꝓphecia opletur Hiero · poſſumus autem ⁊ hūc
locum ꝯſolari · et inducemus teſtimonium ex nu/
meris · Deus ex egipto vocauit eum · gloria eius ſi
cut vnicornis Remig · per ioſeph aūt deſignatur
ordo predicatoꝝ · per mariam ſacra ſcriptura · p
pueꝝ noticia ſaluatoris · per perſecucōꝫ herodis
perſecutio quam paſſa eſt eccleſia in hieroſolimis
per fugam ioſeph in egiptum tranſitus predica
torum ad gentes infideles · Egiptus eīn tenebre
interpretatur · Per tp̄s quo fuit in egipto ſpaciū
tp̄is ab aſcenſione dn̄i vſqꝫ ad aduentum antixp̄i
per obitum herodis extinctio inuidie in cordibꝰ ·

**Tunc herodes vidēs qm̄ illuſꝰ eſſꝫ a magis iratus eſt valde · Et mittens occidit oīs pueros qui erant in bethleeꝫ ⁊ in omnibꝰ finibꝰ eius · a bimatu et infra ſcd̄m tp̄s qd̄ exquiſierat a magis ·**

Chri · ſup math · Poſtq̄ paruulꝰ iheſus magos ſuo imperio ſubiugauit · non po-teſtate corpis ſꝫ grā ſpūs iraſcebatur he-rodes · qꝛ quos ipſe ſedens in throno re-gni ſuadē nō potuit his iheſus paruulus placuit in preſepio iacens · deinde ꝯtem-nentes eum magi ad diderīt cās doloris ·

Vnde dr · Tunc herodes videns · qm̄ illuſus eſſet
a magis iratus eſt valde · Illa eīn regum ira mag
na et inextinguibilis eſt · quam regni zelus accen
dit · Sed quid fecit Mittens occidit oīes pueros
Sicut eīn beſtia vulnerata quicquid oculis eius
occurrit · quaſi autorem ſui vulneris dilaniat · ſic ⁊
ille deluſus a magis iram ſuam ſuper paruulos di
ffundebat · Dicebat eīn cogitans in furore Certe
magi puerum inuenerunt quem regnaturū dice-
bant · Nam rex regni zelo repletus de eis oīa tiet
oīa ſuſpicatur · Ideo ḡ miſit et interfecit omnes
paruulos vt vnum inueniret in oībus · Aug · in
ſer · de epiph · Et dum inſequitur xp̄m regi noſtro
coeuum procurauit exercitum ſtolis victricibus
candidatum · Aug · in ſer · de innocentibus · Ecce
ꝓphanus hoſtis beatis paruulis nunq̄ tm̄ ꝓdeſſe
potuiſſet obſeq̄o · q̄tum profuit odio · Nam q̄tum
ꝯtra eos iniquitas abundauit · tantum grā bene
dictionis effulſit · Idem · o paruuli beati · ille de
veſtra corona dubitabit in paſſione pro xp̄o · qui

ex puulis baptiſmum prodeſſe non exiſtimat xp̄i
nam q̄ natus habē potuit predicatores angelos ·
narratores celos · adoratores magos · potuit et il
lis · ne pro eo ſic morēntur preſtare · ſi ſciret illa
morte perituros · et non pocius maiore felicitate
victuros · Abſit vt ad liberandos hoīes xp̄s veni
ens de illoꝝ premio qui pro illo interficērntur
nihil egerit qui pendens in ligno pro eis a quibꝰ
interficiebatur orauit Rabanus · non eſt autem
ꝯtentus vaſtacione bethleem · ſꝫ adiacencia loca
vaſtauit · nec vllaꝫ miaꝫ etatis habuit · a filio vniꝰ
noctis vſqꝫ ad filiū duoꝝ annoꝝ qui oēs occidit
Vnde ſubdit · In bethleem et in oībus finibus eiꝰ ·
a bimatu et · ī · Aug · in ſer · de epiph · In celo eīn
viderant magi ignotiſſimam ſtellam non añ pau/
cos dies · ſꝫ añ finem biennij ſicut inquirēti herodi
patefecerīt · Vn̄ a bimatu et infra occidit infātes ·
ꝓpter quod ſequitur · ſm tp̄s qđ exquiſierat a ma
gis Aug · in ſer · đ innoc · vel qꝛ timebat ne puer
cui ſidera famulantur · ſpeciem ſuam paulo ſuper
etatem vel · ī · transformaret vel etatem ſui tp̄is oc
cultaret · Ideo videtur pueros a bimatu vſqꝫ ad
pueros vnius diei interfeciſſe Aug · de ꝯ · euan ·
Vel aliq̄ꝝ magis ꝓpinquantium periculoꝝ terro
ribus agitatus Herodes ab illa cura ſcꝫ interfici-
endi pueros mente abrepta in alijs pocius occupa
tur · Vel potuit credē magos fallacis ſtelle viſio
ne deceptos poſtea ꝙ inuenerīt · quem natum pu/
tauerant erubuiſſe ad ſe redire Atqꝫ ita timore de
pulſo a perſequendo puero quieuit · Et ſic ople-
tis diebus purgationis tute cum illo aſcendē po/
tuerunt · Quis eīn non videat vnum illum diem re
gem multis occupatum latē potuiſſe · deinde vul
gatis rebus que in templo dicte facteqꝫ fuerant ·
Herodes ſenſit ſe a magis illuſum · ac deinde ſicut
hic dr · multos infantes occidit Beda in omelia ·
In hac autem morte pueroꝝ oīm xp̄i martirꝝ p̄-
cioſa eſt mors deſignata · Qui paruuli occiſi ſunt
ſignificat per humilitatis meritum ad martirij ꝑ
ueniendum gloriam · Quod in bethleem et i oībus
finibus eius occiſi ſunt · oñdit in iudea vnde eccle
cepit origo et vbiqꝫ per orbem perſecutionem ſe
cuturi · Qui bimi occiſi ſunt · doctrina et opatione
perfectos indicant · Qui vero · ī · ſimplices · ꝙ illi
quidem occiſi ſunt et xp̄iſtus euaſit · inſinuat cor
pora martirꝝ ab impijs poſſe peremi · ſꝫ xp̄m ab
eis non poſſe auferri

**Tunc impletum eſt · quod dictum eſt per hiēmiam ꝓphetam · d · Vox in rama audita eſt ploratus ⁊ vlulatus multus · Rachel plorans filios ſuos · ⁊ noluit conſolari · quia non ſunt**

Chr · in ome · qꝛ euangeliſta ab horrore impleuit auditorem crudelem occiſionem narrans · rurſus miti/gacionem apponit · oñdēs ꝙ hec non facta ſunt đo nequeūte prohibē atqꝫ ignorāte · ſꝫ per prophetaꝫ predicente · vn̄ dicit tunc impletum eſt Hiero · ſup hiēmiam hoc hiēmie teſtimo/nium matheus non ſm hebraicam veritatem nec iuxta · lxx · protulit ·

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ex quo perſpicuum eſt euangeliſtas et apoſtolos non interpretacionem alicuius ſecutos·ſʒ tanq̃m hebreos quod legebant hebraice ſuis ſ͛monibus expreſſiſſe· Hiero·ſuper math·Qđ autem dicit̃ in rama non putemus loci nomen eſſe·quod ẽ iux̃ Gaba·ſʒ rama excelſum interpretatur·vt ſit ſenſꝰ vox in excelſo audita eſt·id eſt longe lateqʒ diſp̃ſa Chr·ſuper math·Vel q̃m de morte innocentium mittebatur·ideo in excelſo audiebat̃·ſ͛m illđ Vox pauperis penetrat nubes Qđ autem dic̃ ploratus·fletum paruulorum oñdit·Qđ autem dicit vlulatus matrum ſignificat lamentum In puulis autem mors faciebat finem doloris·In matribus autem ſp̃ per memoriam reparatur·et ideo dicit·vlulatus multus·rachel plorans filios ſuos·
Hiero·de rachel natus eſt benyamin in cuiꝰ tribu non eſt bethleem·Queritur ğ quõ rachel filios iude·i·filios bethleem quaſi ſuos ploret·Rñdebimus breuiter·qꝛ ſepulta ſit iuxta bethleem in effrata·⁊ ex corpuſculi hoſpicio matris nomen accepit·Siue q̃m iuda et benyamin due tribus iuncte erãt·Et herodes preceperat non ſolum in bethleem interfici pueros ſʒ et in omnibus finibꝰ eꝰ Per occiſionem bethleem intelligimus multos ec̃ beniamin fuiſſe ceſos Aug·de queſt no·et ve·t· Vel qꝛ filij beniamin qui ad rachel pertinent olĩ a reliquis tribubus extincti ſunt et i p̃nti et in futuro eraſi Tunc ğ rachel cepit filios ſuos plangẽ q̃n filios ſororis ſue in tali cauſa vidit occiſos·vt eterne vite heredes exiſtẽnt·Cui em̃ aliquid aduerſum eueniat ex felicitate alterius·infauſta miſere luget Remi·Aſſumpſit autem ſanctus euanliſta ad exaggerandam magnitudinem luctus·vt dicẽt etiam rachelem mortuam ploraſſe filios ſuos·et noluit ꝯſolari qꝛ non ſunt Hiero·et hđ ſ͛m duplicem intelligenciaʒ ſiue ꝙ eos in eternum mortuos exiſtimaret·ſiue ꝙ ſe ꝯſolari nollet de his q̃s ſciuit eſſe victuros·vt ſit ſenſus·noluit ꝯſolari de hđ ꝙ non eſſet Hila·non em̃ ñ erant hij q̃ mortui putabant̃·in eternitatis em̃ profectũ ꝑ martirij gloriã efferebant̃·Conſolacio aũt rei amiſſe erat p̄ſtanda·non aucte Hila·ſup math·rachel eccĩe tipum pretulit diu ſterilis nunc fecunde·hꝰ ploratꝰ ex filijs·ñ idcirco qꝛ ꝑemp̃tos dolebat audit̃ ſʒ qꝛ ab his p̄imebat̃ q̃s filios retinẽ voluiſſet·
Rab·vel ſignificat eccĩaʒ quidem plorare ſc̃orꝝ de hđ ſeculo ablacõʒ·ſʒ non ita velle ſe ꝯſolari vt q̃ ſecl'm morte vicer̃t rurſus ad ſecli certamina ſecũ redeant toleranda·qꝛ ñ ſũt vlt̃ reuocãdi in mđm Glo·vel ñ vult ꝯſolari in p̃nti·qꝛ ñ ſunt·ſʒ oẽm ſpem et ꝯſolacõʒ ad eternã tranſmittit vitã Rabñ aũt rachel·qꝛ ouis vel videns đr·eccĩaʒ figurat·cꝰ tõ intencio(vt deum ꝯtemplet̃)inuigilat·⁊ ip̃a ẽ ouis centeſima quã paſtor i hũeris ꝑtat·

**Defuncto aũt herode ecce apparuit angłs dñi in ſomnis ioſeph i egipto·d·Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrẽ eius ⁊ vade in terram iſrahel·defuncti ſunt ·n·q̃ q̃rebãt aiaʒ pueri**

Ex eccĩaſ·hyſto·Cũ pro ſacrilegio quod herodes in ſaluatorẽ ꝯmiſerat·et ſcelẽ qđ iniq̃ vox eꝰ ꝑegerat·vlcio eum diuina per urgẽt in mortẽ·corpus eꝰ(vt ioſephus refert)morbus inuaſit diuerſus·ita vt dicẽtur a vatibus·ñ morbi corpis hec·ſʒ diuine vlcionis eſſe ſupplicia·Ip̃e aũt furore iã plenꝰ nobiliores ⁊ p̄marios ex oĩ iudea ad ſe colligi et recludi iubet i carcere·mandans ſtatim(vt ſpm̃ exhalaſſet)oẽs interfici·vt eꝰ obitum oĩs iudea deflẽt in vita·Paulo aũt ante ꝙ̃ nouiſſimũ ſpm̃ reddẽt·antipatrꝝ filiũ ſuum iugulauit·pꝰ duos pueros quos añ necauerat·ſcʒ alexandrum et ariſtobolum·Talis igitur herodis filius qui digna ſupplicia ſcelẽ(quod ĩ bethleem erga paruulos geſſerat)⁊ pro inſidijs ſaluatoris exactus eſt·ab euangeliſta deſignat̃·cũ dicit·defũcto aũt herode Hiero·multi ꝑpter ignoranciam hyſtorie labuntur in errorem·putãtes eundem eſſe herodem·a quo in paſſione dñs irridetur·et qui nunc mortuus eſſe refertur·Ergo herodes ille qui cum pilato poſtea amicicias fecit·hꝰ herodis filius eſt·fr̃ archelai·quem tiberiꝰ ceſar lugdunũ relegauit·fratremqʒ eꝰ herodẽ ſucceſſorem regni fecit·Primo ğ herode defuncto·Ecce apparuit angelus dñi in ſom·ioſeph i egi·d·Surge et accipe puerꝝ et matrem eꝰ Dyoni·in celeſti hierarchia·Vide q̃m et ip̃e hieſus ſupceleſtibus eſſencijs exiſtens·ad id quod ſ͛m nos eſt immutabilr̃ veniens non refugit ad ſe ordinatam et aſſumptam humanam ordinacionem·ſed obediẽs ſubditur dei patris per angelos diſpoſitionibus·et per medios ip̃os anunciatur ioſeph a patre diſpoſita filij ad egiptum receſſio·et iterum ad iudeam ex egipto tranſductio Chr·vides em̃ quia ioſeph ad miniſterium marie erat electus·Euntem em̃ illa in egiptum et redeunte quis miniſterium ei tante neceſſitatis impleret·niſi deſponſata fuiſſet·Nam in prima quidem facie maria puerum nutriebat·et ioſeph conſeruabat·Reuera aũt puer et matrem nutriebat et ioſeph tuebatur·Seq̃tur Et vade in terram iſrahel·Quaſi medicus em̃ deſcendit in egiptum·vt viſitaret eam languentem erroribus·non vt remaneret in ea·Reuerſionis at̃ racio aſſignatur·cum ſubditur·Defuncti ſunt em̃ qui querebant animam pueri· Hiero·ex hđ loco intelligimus non ſolum herodem ſʒ etiam ſacerdotes ⁊ ſcribas eo t̃pe necem dñi fuiſſe meditatos Remi·Sed ſi multi fuer̃t·quõ in tam breui ſpacio extincti ſunt·qꝛ(vt dc̃m eſt)herode mortuo occiſi ſunt omnes maiores qui in cuſtodia tenebantur
Chr·ſuper math·Quod đr conſilio factum eſſe quia conſenſerunt herodi vt inquireret puerum·et occideret·quia ſcriptum eſt·Turbatus eſt herodes et omnis hieroſolima cum illo Remigius Aut certe locutus eſt euangeliſta per ſpecieʒ tropi·quando multi ponuntur pro vno·In hoc aũt ꝙ dicit animam pueri·deſtruuntur heretici·q̃ dixerunt xp̄m non ſumpſiſſe animam ſʒ loco anime habuiſſe diuinitatem· Beda in omelia·Qđ autem occiſis pro domino pueris herodes non longe pꝰ obijt·et ioſeph dominum cum matre ad terram iſrahel reduxit·ſignificat omnes perſecutiones·q̃ contra eccleſiam erant mouẽde·ꝑſecutorꝝ morte

vindicandas et pacem eccleſie denuo reddendam
et ſanctos qui latuerant ad ſua loca reuerſuros·
Vel ꝙ defuncto herode redit ad terrã iſrahel ·Je
ſus denunciat ꝙ Enoch et Helia predicantibus
iudei ſopita moderne inuidie flamma fidem veri
tatis accipient

Qui ↄſurgẽs accepit
puerum ·⁊ matrẽ ei9 ⁊
venit in terrã iſrahel
aud iens autem qḋ ar
chilaus regñret in iu=
dea pro herode patre
ſuo timuit illo ire ⁊ ad
monitus in ſomnis ſe=
ceſſit in ꝑtes galilee·
⁊ veniens habitauit
in ciuitate q̄ vocatur
nazareth vt adimplẽ
tur quod dictũ eſt ꝑ
ꝓphetas quoniam na
zareus vocabitur·

Gloſa Angelice ad
monitioni ioſeph nõ
inobediens fuit·Vñ
ſequitur·Qui conſur
gẽs accepit puerum
et matrem eius et ve
nit in terram iſrahel
Non eñ determinaue
rat angelus·in quo
loco terre iſrahel·vt
dubitante ioſeph ite
rum reuertatur a fre
quenciori viſitacione
angeli cercior redde
retur·Vnde ſequit̃·
Audiens autem ꝙ ar
chelaus regnaret in
iudea pro herode pa
tre ſuo timuit illo ire
Ex hiſtoria ioſephi
Habuit ſiquidem he
rodes vxores·x·ex
q̄ꝝ ſeptem nũoſam
ſuſcepit ſobolem· Primogenitus eius antipr̃ ex
Joſide Joſida· Alexander et Ariſtobolus ex Ma=
rianne·Archelaus ex Mathaca Samaritide·He
rodes antipas·qui poſtea Tetrarcha fuit·et phi
lippus ex Cleopatra Hireroſolimitide·Tribus
igitur primis ab herode interfectis et poſt mor=
tem eius occaſione teſtamenti patris Archelao
gubernationem regni vſurpante·et cauſa de ſuc=
ceſſione regni ad ceſarem auguſtum delata·tan/
dem de conſilio Senatus omnem herodis monar=
chiam diſtribuit·mediam partem ſcꝫ ydumeam et
iudeam tradens Archelao ſub nomine tetrarchie
pollicitus ſe facturum eum regem· ſi ſe dignum
prebuiſſet·Mediam vero partem in duas ſecuit
tetrachias·Seceſſitqꝫ galilea in partem herodis
Tetrarche·Jturei vero et Tracomtidis regio
philippo·Factus eſt ergo poſt Herodem defun/
ctum Archelaus·quaſi Dyarchus· quod dominij
genus hic regnum appellat· Auguſtinus de
concordancia euangeliſt· Sed hic aliquis q̄ret
quomodo(ſicut Lucas narrat)ibant parentes ei9
[pn̄cie xp̄i (uncertain reading)] per omnes annos ~~penitencie~~ in hieruſalem·
Si Archelai timore ibi prohibebantur accedere
Hoc diſſoluere non eſt difficile fieri enim poterat
vt per diem feſtum inter tam ingentem turbam
latenter aſcenderent·mox reuerſuri·cum tamen
alijs diebus habitare metuerent·vt nec ſolemnita
te pretermiſſa eſſent irreligioſi·nec in continua
manſione perſpicui·Jſte quoqꝫ intellectus patꝫ·
vt quod Lucas dicit per omnes annos eos aſcen=
dere ſolitos in hieruſalem·Tunc accipiamus fa=
ctum·cum iam non metueretur Archelaus·qui
(ſcḋm hyſtoriam Joſephi)ſolum nouem annis re
gnauit· Sequitur·Et admonitus in ſompnis

ſeceſſit in partes galilee·Sed forte hinc quiſpi=
am moueatur·cum matheus dixerit ideo timuiſſe
Joſeph cum puero redeuntem ire in iudeam quia
cum patre ſuo herode Archelaus filius eius reg=
nabat·quomodo potuit ire in galileam·vbi alius
filius eius Herodes Tetrarcha erat(vt Lucas te
ſtatur)Quaſi vero ipſa ſint tempora quibus pue/
ro timebatur·que Lucas commemorauit·que vſqꝫ
adeo mutata erant·vt in ipſa iudea non rex eſſet
Archelaus·ſed preſes Pylatus· Gloſa·Sed
tunc queritur·Quare non timuit Joſeph in gali=
leam ire·cum et ibi Archelaus regnaret·ſed me=
lius potuit latere cum puero in Nazareth·q̄m in
Hieruſalem·vbi erat caput regni Archelaus
Chriſoſtomus in homelia·Et etiam quia villam
natiuitatis mutauit·res obumbratur·Jmpetus
enim omnis erat aduerſus Bethleem et fines ei9
Venit igitur Joſeph in Nazareth·et periculum
fugiens·et in patriam rediens· Vnde ſequitur·
Et veniens habitauit in ciuitate que vocatur Na
zareth· Auguſtinus de concordancia euan=
geliſtarum·Forte et hoc mouet·quomodo dicat
matheus·propterea cum puero Hieſu parentes
eius iſſe in Galileam·quia metu Archelai in hie
ruſalem ire noluerit·cum propterea magis iſſe
galileam videantur·quia ciuitas eorum erat Na
zareth galilee·Sicut Lucas non tacuit Sed intel
ligendum eſt·vbi angelus in ſompnis in egip
to dixit ad Joſeph·Vade in terram iſrahel·Sic
intellectum primo eſſe a·Joſeph·vt putaret rect9
eſſe pergẽ in iudeam Jpſa eñ primitus intelligi
potuit terra iſrahel·Poſtq̄m vero comperit ibi
regnare Archelaũ noluit obijcere ſe periculo cũ
poſſet terra iſrahel etiam galilea intelligi·quia
et ipſam populus iſrahel incolebat· Quanq̄m
poſſit et aliter ſolui·quia potuit videre parenti
bus xp̄i non eſſe habitandum ibi cum puero niſi in
hieruſalem·vbi erat templum domini·et illuc iui
ſſent·niſi Archelai preſencia terrerentur·Non au
tem diuinitus iubebantur in Judea vel hieruſa lẽ
habitare·vt de Archelao quod timebant ↄtem=
nere·Sed in terra iſrahel·in qua etiam(vt dictũ
eſt)poterat intelligi galilea· Hylarius·Vñ
typica conſeruata eſt Joſeph enim apoſtolorum
tenet ſpeciem·quibus xpriſtus circumferendus ē
creditus·Hij tanq̄m herode mortuo·id eſt popu
lo eius in paſſione domini deperdito·iudeis pre=
dicare ſunt iuſſi·Miſſi enim erant ad oues ꝑditas
domus iſrahel·Sed manente hereditarie infideli
tatis dominatu metuunt·et recedunt per viſum
admoniti ſpũſſancti donum in gentibus contem=
plantes ad eum conferunt xpriſtum· Rabanus·
Vel hec vltima tp̄a eccleſie deſignat·quando plu
rimis iudeorum ad predicacōꝫ enoch et helie con
uerſis ceteris ad inſtinctũ antixp̄i ↄtra fideꝫ pug̃
bunt·Pars igitur iudee in q̄ regnabat archela9
antixp̄i ſequaces oñdit·Nazareth autem galilee·
quo transfertur xp̄s partem eiuſdeꝫ gẽtis(q̄ fidẽ
eſt ſuſceptura)deſignat Vñ galilea trãſmigracio
Nazareth aũt flos ꝟtutum interpretat̃·q: eccia
quo ardencius a terrenis ad celeſtia tranſmigrat
eo magis virtutum flore et germine habundat·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Glo· Huic autem ꝓphete teſtimonium adiun/
git dicens Vt impleretur quod dictum eſt p ꝓphas
Qm̄ nazareus vocabitur· Hieroꝰ· Si fixum de
ſcripturis poſuiſſet exemplum nunq̄ diceret quod
dictum eſt per ꝓphetas· ſ3 ſimplr̄ quod dictum eſt
per ꝓphetam· Nunc autem pluraliter prophetas
vocans· oſtn̄dit ſe nō verba de ſcripturis ſumpſiſſe
Nazareus interpretatur ſanctus· Sanctum autē
dn̄m futurum omnis ſcriptura commemorat· Po
ſſumus et alr̄ dicē q etiam eiſdem verbis iuxta he
braicam veritatem in yſaia ſcriptum ſit· Exiet vir
ga de radice yeſſe· et nazareus de radice ↄſurget·
Chr· in omē· Aut forte legerunt et aliqs ꝓphas
ita dicentes qui non ſunt nobis canonizati· Sicut
Nathan et Eſdra· Et qm̄ hoc prophetatum erat·
manifeſtat philippus dicens ad Nathanaelem· q̄3
ſcripſit moiſes in lege inuenimꝰ ieſum a nazareth
Vnde etiam prius xp̄iani nazarei vocabantur· S3
apud anthiochiam mutatum eſt hoc nomen ⁊ di/
cti ſunt xp̄iani Aug· de con· euan· Hec autē oīa
que ſunt a narratione magoꝝ et deinceps Lucas
tacet· hoc proinde cognoſcendum q deinceps ad
cetera valeat· Sic vnumquenqꝫ euangeliſtarum
contexere narrationem ſuam vt tanq̄ nihil pret/
mittentis ſeries digeſta videatur· tacitis eīn que
non vult dicē ſic ea que vult dicere illis q̄ dicebat
adiungit vt ip̄a ↄtinuo ſequi videantur· Sed cum
alter dicit ea que alter tacuit diligenter ordo con
ſideratus indicat locum vbi ea potuerit a quo p̄=
termiſſa ſunt tranſilire·

## CAPIT ·III·

In diebus autem illis
venit iohannes bap
tiſta predicans in de
ſerto iudee et dicens
Penitenciam agite·
appropinquat enim
regnum celorum· hic
eſt enim qui dictus
eſt per yſaiam prophe
tam dicentem· Vox
clamantis in deſerto
parate viam domini
rectas facite ſemitas
eius·

Chri· ſuper math·
Sol appropians an/
teq̄ appareat mittit
radios ſuos· et facit
albeſcere orientem·
vt precedens aurora
aduentum diei demon
ſtret· Sic dn̄s natus
in mundo anteq̄ȝ ap
pareat per doctrinā
ſp̄us ſui fulgore trāſ
miſſo illuminauit io=
hannem vt p̄cedens
ille aduentum anun
ciet ſaluatoris· et ideo
poſt ortum xp̄i enar=
ratum doctrinam eꝰ
enarraturus euange
liſta et baptiſmum in
quo teſtimonium ha
buit de precurſore ⁊
baptiſta p̄mittit· d·
In diebus aūt illis·
venit Iohēs bap̄ta
predicans in deſerto Remigius· His aūt verbis
beati Iohannis· non ſolum tempus et locum et p
ſonam· ſed etiam offitium et ſtudium demonſtrat·
Tempus gn̄ale demonſtrat· cum dicit· In diebus
autem illis Aug· de con· euan· Hoc autem tp̄us
Lucas per terrenas poteſtates expreſſit· cū dixit
anno· xv· Sed intelligē debemus matheum cū di
ceret In diebus illis· In multo longiori ſpacio acci
pi voluiſſe· Mox eīn vt narrauit regreſſum de egi
pto xp̄m· quod vtiqꝫ tp̄e puericie vel infancie fa
ctum eſt vt poſſit ſtare q lucas de illo cum· xij· eēt
annoꝝ narrauit· continuo intulit· In diebus autē
illis non vtiqꝫ puericie tm̄ illius dies inſinuans· ſ3
omnes dies ab eius natiuitate vſqꝫ quo predicare
cepit iohannes Remigius· perſonam oſtn̄dit cum
dicit· Venit iohannes· id eſt manifeſtauit ſe· qui
tamdiu prius latuerat Chr· in omē· Sed quare
neceſſarium fuit vt iohannes xp̄m preueniret ope
rum teſtimonio xp̄m predicante· Primo quidem·
vt hinc xp̄i dignitatem diſcas· q ſicut pater ita ⁊
ip̄e ꝓphetas h3· ſm̄ illud zacharie· Et tu puer ꝓ
pheta altiſſimi vocaberis· Deinde vt nullā cām
inuerecundie iudeis relinquat· quod et ip̄e demō
ſtrat dicens· venit iohannes neqꝫ manducās neqꝫ
bibens· et dicunt demonium habet· Venit filius
hominis manducans et bibens· et dicunt Ecce hō
edax Sed et alr̄ neceſſarium erat ab alio priꝰ dici
que de xp̄o erant· et non ab ip̄o· alias iudei quid
dixiſſent qui poſt teſtimonium iohannis dixerūt
Tu teſtimonium perhibes de teip̄o teſtimonium
tuum non eſt verum Remigius· Officium ſubiū/
git cum dicit bap̄ta· in quo dn̄i viam preparauit
niſi eīn baptizari homines ↄſueſcerent baptiſmū
xp̄i abhorrerent· Studium oſtn̄dit cum ait predi=
cans Rabanus Quia etiam xp̄s predicaturꝰ erat
Poſtq̄ eīn viſum fuit ydoneum tp̄s· ſc3 circa· xxx·
anos icipiēs predicationem ſuam viam dn̄o p̄pa
rauit Rem· Locum ſubiugit dicens· in deſerto iu
dee· Maximus· Vbi ad predicationem eius· nec
inſolens turba perſtreperet· nec infidelis auditor
rediret· Sed hij tm̄ audire poſſent qui predicaci
onem cura diuini cultus expeterent Hiero· ſup
yſaiam· Vel in hoc conſiderandum eſt· q ſalutare
dei et gloria domini non predicatur in hieruſalē
ſ3 in ſolitudine eccleſie· et in deſerta gentium mul
titudine· Hylarius· vel etiam ad iudeam venit
deſertam· dei frequentacione non populi· vt pre
dicationis locus eoꝝ quibus predicatio erat mi/
ſſa ſollicitudinem teſtaretur Glo· vel typice de
ſertum ſignificat vitam a mundi illecebris ſegre=
gatam que penitentibus competit Augꝰ· in li·
de pnīa· Niſi autem peniteat aliquem vite veteris
nouam non poteſt inchoare Hylarius· Et ideo
penitenciam regno celorum appropinquante pro
nunciat· per quam eſt reditus ab errore· recurſus
a crimine· Et poſt viciorum pudorem profeſſio
deſinendi dicens· Penitenciam agite· Chri· ſup
matheum· Vbi manifeſtat in ip̄o principio· quia
benigni regis eſt nuncius· non eīn peccatoribus
minas intendebat· ſ3 indulgentiam promittebat·
Solent reges nato ſibi filio indulgentiam in reg
no ſuo donare ſ3 ante tranſmittunt acerbiſſimos ex
actores· Deus autem nato ſibi filio volens donare
indulgenciam peccatorum premiſit quaſi exacto=
rem exigentem et dicentem· Penitenciam agite·
O exactio que non facit paupes ſ3 diuites reddit·
Nam cum quis debitum iuſticie ſue reddiderit deo
nihil preſtat ſ3 ſibi lucrum ſue ſalutis acquirit· pe
nitencia eīn cor eoꝝ dat· ſenſus illuminat· et ad ſu
ſceptionem xp̄i preparat humana precordia· Vn̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſubiũngit· Approꝑinquabit eñ regnum celorum
Hiero· Prius baptiſta iohãnes regnum celoꝝ
predicat· vt precurſoꝛ dñi hoc honoretur priui=
uilegio· Chr· in ome· Ideoqꝫ quod nunq̃ iudei
audierant neqꝫ etiam a prophetis celos et regnũ
quod ibi eſt predicant· et nihil de cetero de terra
dicit· Sic g̃ ex nouitate eoꝝ que dicuntur exigit
eos ad querendum qui predicatur· Remig· reg
num autem celorum quatuor modis dr̃ xp̃us· ſm
illud· luce· iij· Regnum dei intra vos eſt· Sancta
ſcriptura· ſm illud· mathei· ij Auferetur a vobis
regnum dei· et dabitur genti facienti fructum ei9
Sancta eccleſia· ſm illud math· xxv Simile eſt re
gnum celoꝛum decem virgibus· Supernum ſoliũ
ſm illud Mathei· viij· multi venient ab oriente et
occidente· et recumbent in regno celoꝛum· Et hoc
totum hic poteſt intelligi Glo· dicit autem ap/
propinquabit eñ regnum celoꝛum· quia niſi ap=
propinquaret· nemo redire poſſet· quia infirmi et
ceci via que eſt xp̃s carebant· Aug· de conſenſu
euange· Hec autem verba iohannis alij euangeli
ſte pretermiſerunt· Jam vero quod ſequitur· Hic ē
qui dictus eſt per yſaiam ꝓphetam dicentem Vox
clamantis in deſerto· rectas facite ſemitas eius·
Ambigue poſitum eſt· nec elucet vtꝝ ex perſona
ſua euangeliſta ꝯmemorauit· an ad hec verba ei9
dem iohannis ſecutus adiunxerit: vt totum hoc io
hannes dixiſſe intelligatur· Penitenciam agite·
appropinquabit eñ regnum celoꝝ· Hic eſt enim·
Neqꝫ eñ hoc mouere dꝫ· q2 non ait· ego ſum· ſꝫ h
eſt· Nam et matheus dixit· Inuenit hominem ſe=
dentem in thelonio· et non dixit· Inuenit me· Nā
ſi ita eſt non eſt mirum· ſi et interrogatus quis di
ceret de ſeipo ſicut narrat iohannes euangeliſta
rñdit· Ego vox clamantis in deſerto Gre· i ome·
Scitur autem· quia vnigenitus filius verbum pa
tris vocatur· ſm illud· In principio erat verbũ
Ex ipſa autem noſtra locutione ꝯgnoſcimur· quia
vox ſonat vt verbum poſſit audiri Aduentũ itaqꝫ
domini iohannes precurrens vox dr̃· quia per ei9
miſterium patris verbum ab hominibus auditur·
Chr· ſuper matheum· Vox etiam eſt ſonus con=
fuſus nullum ſecretum cordis oſtendẽs· ſꝫ hoc tm̃
modo ſignificans quia vult aliquid dicere ille qui
clamat· Verbum autem ē ſermo miſterium cordis
aperiens· Ad hec vox inter homines et animalia
communis eſt· verbum autem eſt hominum tantũ
Ideo g̃ iohannes dictus eſt vox non verbum· q2
per eum deus ſua conſilia non demonſtrauit· ſꝫ h
ſolum· q deus aliquid facere in omnibus medi/
tabatur poſtea autem per filium ſuum pleniſſime
miſterium ſue voluntatis aperuit Rabanus qui
recte vox clamantis ob fortitudinem predicacōis
dr̃· Tribus autem modis clamoꝛ accidit· hoc eſt ſi
longe poſitus eſt cui loquatur· ſi ſurdus· ſi per in
dignationē· Et hec humano gñi acciderūt· Glo·
Eſt igitur iohannes quaſi vox verbi clamantis·
verbum eñ clamat in voce· id eſt xp̃s in iohanne·
Beda· Sicut etiam et clamauit in omnibus qui
a principio aliquid diuinitus dixerunt· et tamen
iſte ſolus eſt vox· quia per eum p̃ns verbũ oñdit·
quod alij longe nunciauerunt Greg· ipſe autem
iohannes clamans in deſerto quia derelicte ac de
ſtitute iudee· ſolacium redemptoris annunciat
Remig· Quantum autem ad hyſtoriam attinet
in deſerto clamabat· quia remotus erat a turbis
iudeoꝛum· Quid autem clamet inſinuat cum ſubiũ
git· parate viam domini Chr· ſuper matheum·
Sicut eñ magno regi in expeditionem venturo
preparatores precedunt qui ſordida abluunt· di
rupta componunt· Sic et dñm noſtrum preceſſit
iohannes qui ab humanis cordibus piñe ſcopis·
peccatoꝛum ſordes eijceret· Et que diſſipata fue
runt ſpiritalium preceptorum ordinacione opo/
neret Greg· in ome· Omnis autem qui fidem re
ctam et bona opera predicat· domino ad corda au
dientium viaꝫ parat· rectas domīo ſemitas facit
Dum mundas in animo cogitaciones per ſermo=
nem bone predicationis format Gloſa vel fides
eſt via qua verbum ad coꝛ deſcendit· cum mores
in melius mutantur· fiunt ſemite recte

**Ipſe autem iohãnes habebat veſtimētum de pilis cameloꝝ· Et ſonam pelliceam ĉca lumbos ſuos· Eſca āt ei9 erat locuſte ⁊ mel ſilueſtre·**

Chr· in ome· poſtq̃
oñdit· q2 ipſe eſt vox
clamantis in deſerto
prudenter ipſe euan=
geliſta ſubiunxit· ipſe
autem iohannes· In
quo oñditur que ſit
vita ipſius· Nam ipſe
quidem teſtificabat̄
de xp̃o· Vita autem
eius de ipo· Nemo āt
poteſt eſſe alterius
teſtis ydoneus· niſi fuerit fidelis Hylarius fue
rat eñ predicanti iohanni ſicut locutio oportuni
oꝛ· ita et veſtitus vtilioꝛ et cibus aptioꝛ Hiero
De pilis enim cameloꝛum habebat veſtimentum
non de lana· aliud auſtere veſtis indicium eſt· alid
luxurie mollioris· Chr· ſuper math· Seruis āt
dei non conuenit habere veſtimentum ad ſpecieꝫ
viſionis· vel ad carnis delectamentum· ſꝫ tm̃ tegu
mentum nuditatis· habebat eñ iohannes veſteꝫ
non mollem neqꝫ delicatam· ſꝫ cilicinam· grauem
et aſperam· et conterrentem coꝛpus pocius q̃ fo
uentem· vt de virtute anime eius ipſe habitus cor
poꝛis loqueretur· Sequitur· et zonam pelliceam
circa lumbos ſuos· Conſuetudo eñ erat apud iu=
deos vt zonis laneis vterentur· Ideo iſte quaſi du
rius aliquid facere volens zona pelliceа cingebat̄
Hiero· Porro quod ſequitur· Eſca eius erat lo=
cuſte et mel ſilueſtre· Habitatoris ſolitudinis cō
gruum eſt vt non delicias ciboꝝ ſꝫ neceſſitates hu
mane carnis expleret Rabanus· Tenui victu cō
tentus· et ex minutis volatilibus et melle inuēto
in truncis arboꝛum· In dictis autem arnulphi gal
liarum epiſcopi reperimus minimum genus locu
ſtarum fuiſſe in deſerto iudee· que coꝛpuſculis in
modum digiti manus exilibus et breuibus ī herb
facile capiuntur· coctequꝫ in oleo pauperē prebēt
guſtum· Similiter narrat in eodem deſerto eſſe ar
bores habentes lata folia et rotunda· lactei colo
ris et melliti ſapoꝛis que natura fragilia manib9
fricantur et eduntur· et hoc eſt quod mel ſilueſtre
dr̃ Remi· ſub hoc autem habitu veſtimentorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et vilitate ciboꝝ oñdit ſe peccata tocius gñis humani deflere  Raba· poteſt et habitus et guſt9 eius qualitatem interne ↄuerſationis exprimere Nam auſterioribus vtebatur indumentis· qz vitã peccantium increpauit· Zona quidem pellicea (q̃ cinctus fuit et helias) mortificationis iudicium ē

Raba· Locuſtas et mel ſilueſtre edebat· qz dulcis ſapiebat turbis predicatio eius· ſʒ citius finem ſortita eſt In melle eñ dulcedo· in locuſtis eſt alacer volatus· ſʒ cito deciduus  Remi· per iohannē autem (qui gracia dei interpretur) ſignificatᷣ xp̄s qui mundo graciaʒ attulit· per veſtimentum illi9 deſignatur eccleſia gentium· Hyla ·cum exuuijs immundarum peccudum· quibus gentiles pares extiſtim intur· xp̄i predicator induitur· fitqꝫ ſanctificatum habitu ꝓphetali quicquid in eis vel inutile fuerat· vel ſordidum· zone autem precinctio efficax in omne opus bonum eſt apparat9 vt ad omē miniſterium xp̄i ſimus accincti· In eſum etiam eliguntur locuſte fugaces homini· et ad omnem ad/uentum noſtri ſenſus euolantes· nos ſcʒ qui ab oī ſermone et congreſſu ip̄is quibuſdam corpis ſaltibus efferebamur voluntate vagi· in opibus inutiles· in verbis queruli· ſede peregrini· nunc ſumus ſanctorum alimonia et ſocietas ꝓphetarum· electi ſimul cum melle ſilueſtri· dulciſſimum ex nobis cibum· non ex aluearijs legis· ſed ex truncis ſilueſtrum arborum prebituri  Chr· ſuper math

Tunc exibat ad eum hieroſolima et omnis iudea et omnis regio circa iordanem ꝛ baptizabãtur ab eo in iordane confitentes peccata ſua

Cõuerſacõe iohãnis expoſita· ↄuenienter ſubiungit· Tunc exi/bat ad eum Amplius eñ reſonabat ↄuerſatio vite eius in heremo q̃ vox clamoris ip̄ius  Chr· in omē· Erat eñ mirabile in humano corpe tantã pacienciam videre· quod vtiqꝫ et iudeos magis attraheb at· magnum helyam in eo viden/tes· Conferebat autem et ſtuporem q̄ derelinq̄rat eos gracia ꝓphetarum· et poſt longum tp̄us reuerſa videbatur ad eos· predicationis etiaʒ modus immutatus ad id proderat· Nihil eñ aſſuetorum apud alios ꝓphetas audiebant puta prelia ꝛ victorias· babilonias et perſas ſʒ celos· et quideʒ illic regnum et ſupplicium gehenne· Dicit autem· Tunc exibat ad eum hieroſolima et omnis iudea· et omnis regio circa iordanem· et baptiz· ab eo in iordane  Glo· baptiſmo precurrente non peccata dimittente  Remig· baptiſmus eñ iohannis fi/guram gerebat cathecuminorum Naʒ ſicut modo cathecizantur pueri· vt digni fiant ſacramento baptiſmatis· ita iohannes baptizabat· vt baptizati ab eo poſtea deuote viuendo digni fierent accedere ad xp̄i baptiſmum· In iordane aũt baptizabat vt ibi aperirētur ianua regni celeſtis· vbi datus eſt aditus filijs iſrahel terraʒ promiſſionis intrãdi· Sequitur· Confitentes peccata ſua  Chriſo· ſuper math· Ad comparationem eñ ſanctitatis iohannis quis poterat arbitrari ſe iuſtum· Sicut eñ veſtis candida ſi fuerit poſita iuxta niuem ad comparacõʒ niuis ſordida inuenietur Sic ad comparationem iohannis omnis homo videbatur immundus· et ideo peccata ſua confitebantur Confeſſio autem peccatorum teſtimonium eſt ↄſciencie timentis deum Perfectus eñ timor ſoluit omneʒ pudorem· illic autem turpitudo ↄfeſſionis aſpicitᷣ vbi futuri iudicij pena non creditur· Et quia ip̄m erubeſcē pena eſt grauis· Ideo iubet nos de9 cõfiteri peccata noſtra vt vēcundiam paciamur ꝓ pena· nam et hoc ip̄m pars iudicij eſt  Rabanus· Bñ autem qui baptizandi erant exire ad ꝓphetã dicuntur· quia niſi quis ab infirmitate recedat· pompe dyaboli ac mundi illecebris abrenunciet· baptiſmum ſalubre conſequi non poterit· Bñ aũt in iordane (qui deſcenſio eoꝝ dicitur) baptizantᷣ· quia de ſuperbia vite ad humilitatem vere confeſſionis deſcenderant· Exemplum autem iam tunc confitendi peccata ac meliorem vitam ꝓmittēdi baptizandis dabatur  Greg· in paſto·

Videns autem multos phariſeorum et ſaduceorum venientes ad baptiſmum ſuum· dixit eis· progenies viperarum· quis vobis demonſtrabit fugere a ventura ira· Facite ergo fructum dignũ penitencie et ne velitis dicere intra vos· patrem habem9 abraam· Dico enim vobis quia potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrahe· Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt Omnis enim arbor que non facit fructum bonum excidetᷣ et in ignem mittetur

Pro qualitate audientium formari debʒ ſermo doctorum· vt ꝛ ad ſua ſingulis congruat et tñ a ↄmuis edificationis arce nũq̄m recedat  Gloſa· Vnde neceſſe fuit vt poſt doctrinaʒ quaʒ iohannes turbis tradiderat· euangeliſta etiam illius doctrine facētᷣ mencionem qua inſtruxit eos qui prouectores videbantur Et ideo dicit· videns autem multos phar· ꝛ ſaduc· veni· ad baſuum  Iſidor9 in liethymolo· Phariſei et ſaducei inter ſe cõtrarij ſunt· Naʒ phariſei ex hebreo in latinum interpretantᷣ diuiſio· eo q̄ tradicionũ et obſeruationum iu/ſticiam preferunt vñ diuiſi vocantur a populo quaſi per iuſticiam Saducei interp̄tantᷣ iuſti Vendicant eñ ſibi quod nõ ſunt corp̄m reſurrectionem negant et animam cum corpore interire predicant· Hij tñ quinqꝫ libros legis reſpiciunt· ꝓphetarum vaticinia reſpuunt  Glo· hos ꝰ qui inter iudeos maiores videbantur videns iohannes ad baptiſmum ſuum venire· dixit eis· Progenies viperaꝝ· quis vobis d̄monſtrabit fugē a ventura ira  Rem· ↄſuetudo ſcripturaꝝ eſt ab imitacione op̄m nomina imponē· ſm illud· Pater tuus amorreus· ſic et iſti ab imitacione viperaꝝ progenies viperaꝝ dicuntur  Chr· ſup

matheum· Sicut em̄ artificioſus medicus (ſi vide
rit egrotantis colorem) intelligit ſpēʒ paſſionis
Sic iohannes venientium ad ſe phariſeorum pra
uas cogitaciones intellexit· forſitan em̄ apud ſe
cogitauerunt· Imus et ꝯfitemur peccata noſtra·
nullum laborem nobis imponit· baptizamur ⁊ cō
ſequimur indulgenciam peccatorum· Inſipiens· nū
quid facta digeſtione impuritatis· non eſt nec̄ria
ſuppoſitio medicine· Sic multa diligencia nec̄ria ē
homini poſt ꝯfeſſionem et baptiſmum vt vulnus
peccatorum perfecte ſanetur Ideo dicit ꝓgenies
viperarum· Natura em̄ viperaꝝ eſt ꝙ ſtatim cum
momorderit hoīeʒ currit ad aquam quā ſi non in/
uenerit moritur· Ideo iſtos dicebat progeniem vi
perarum· qꝛ peccata mortifera committentes cur
rebant ad baptiſmum· vt ſicut vipere per aquam
tm̄ pericula mortis euaderent· Item viperarum
natura eſt rumpe viſcera matrum ſuaꝝ ⁊ ſic naſci
Nūc ǧ iudei aſſidue perſequentes prophetas cor
rumpunt matrem ſuam ſinagogam· ideo ꝓgenies
viperarum nuncupantur Item vipere a foris ſpe
cioſe ſunt et quaſi picte· intus auteʒ veneno reple
te· ita et iſti pulcritudinem ſanctitatis oſ̄debant ī
vultu Rem. Cum ǧ dꝛ· Quis demonſtrabit voƀ
fugē a ventura iraꝰ ſubauditur niſi deus Chri·
ſuper math· Vel quis vobis demonſtrauit· Num
yſaias ꝓpheta? abſit· Si em̄ ipe vos docuiſſet nō
ſpem in aquam ponētis tm̄· ſʒ etiam in opibus bo
nis· Ille em̄ dicit· Lauamini et mundi eſtote· au=
ferte nequiciam ab animabus veſtris· diſcite bn̄fa
cere· Numquid etiam dauid dicens· Lauabis me et
ſuper niuē dealbabor? abſit· ille em̄ ſic dicit pſ̄ea
Sacrificium deo ſpūs contribulatus Si ǧ eſſetis
diſcipuli dauid· cum gemitu ad baptiſmum venire
tis Remig· Si vero quis demonſtrabit ſub fu=
turo legaꝰ ī pe· hic eſt ſenſus Quis doctor quis ꝑ
dicator dabit vobis ꝯſilium? vt poſſitis euadere
irām eterne damnationis Aug· in li· de ciui· dei
Deus autem ꝓpter quandam opm ſimilitudinem·
non ꝓpter affectionū infirmitatem (ſm ſcripf̄as)
iraſcitur· nec tn̄ vlla paſſione turbatur· hoc enim
verbum vindicte vſurpauit effectus· non ille tur
bulentus affectus Si ǧ vultis fugere· facite dig
num fructum penitencie Greg· in ome· in q̄bus
verbis notandū ē· ꝙ non ſolum fructum penitēcie
ſʒ dignos penitencie admonet eſſe faciendos· Sci
endum em̄ eſt· qꝛ quiſquis illicita nulla commiſit·
huic iure ꝯceditur vt licitis vtatur· At ſiquis in
culpam lapſus eſt· tanto a ſe dʒ licita abſcidē q̄nto
ſe meminit et illicita perpetraſſe· Vniuſcuiuſqꝫ ǧ
ꝯſcia ꝯuenitur· vt tanto maiora querat bonorum
opm lucra per pniam· q̄nto grauiora ſibi intulerit
damna per culpam· Sed iudei de gentis nobilita
te glorian tes· idcirco ſe agnoſcē peccatores nole
bant· qꝛ de abrahe ſtirpe deſcenderant· Et ideo
eis recte dicitur· Et ne velitis dicē intra vos· pa=
trem habemus abraam Chri· in ome· Hec auteʒ
dixit· non prohibens illos dicē ex illo ſe eſſe· ſʒ ꝓ
hibet in hoc confidē· virtuti anime nō inſiſtentes
Chr· ſuper math· Quid em̄ prodeſt ei (quem ſor
didant mores) gñacō clara? aut quid nocet illi ge
neracio vilis· quem mores adornant? Melius eſt
em̄ alicui· vt in eo glorientur parentes· qꝛ talem
habent filium· q̄ꝫ vt ipe in parentibus glorietur·
Sic et vos nolite gloriari dicentes· quia patrem
habemus abraam· ſʒ magis erubeſcite· quia filij eſ
tis eius· et ſanctitatis eius non eſtis heredes· De
adulterio em̄ natus videtur qui non aſſimilat pa
trem· Parentum igitur gloriam excludit dicens
Et ne velitis dicē Rabanus· Quia ǧ preco ve=
ritatis ad dignum penitencie fructum faciendum
eos incitare volebat ad humilitatem prouocabat
ſine qua nullus penitē poteſt· ſubdens· Dico em̄
vobis· q̄m potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſci
tare filios abrahe Remig· fertur ꝙ in eo loco ꝑ
dicauit iohannes circa iordanem· vbi (iubente deo)
xij· lapides de medio alueo iordanis ſublati poſiti
ſunt· potuit ǧ fieri vt hos demonſtrando dicēt·
de lapidibus iſtis Hiero· In quo dei indicat po
tenciam· ꝙ (qui de nihilo cuncta fecerat) poſſet ⁊
de ſaxis duriſſimis populū procreare· Prima em̄
ſunt rudimenta fidei credē deum poſſe quicquid
voluerit· Ex lapidibus autem gñari homines ſimi
le eſt ei ꝙ ex ſara proceſſit yſaac· Vnde et ꝓpheta
dicit· Aſpicite ad petram de qua exciſi eſtis· Hꝰ
igitur ꝓphecie eos memores faciens· monſtrat ꝙ
poſſibile eſt nunc etiam ſimile fieri Rabanꝰ vel
alr· Lapidum nomine gentes ſignificate ſunt· que
lapides coluerunt· Chr· ſuper math· Itē lapis
durus eſt ad opus ſʒ cum factum fuerit opus ex eo
deficē neſcit· ſic et gentes cum difficultate credi=
derīt q̄dam tn̄ credētes permanent in eternū ī fide
Hiero· Lege ezechiel Auferā inquit a voƀ cor
lapideum· et dabo vobis cor carneum· In lapide
duricia· in carne mollitudo monſtratur· Raba·
De lapidibus ǧ filij abrahe ſuſcitati ſunt· qꝛ dum
gentiles in abrahe ſemine id eſt in xp̄o crediderīt·
eius filij facti ſunt· cuius ſemini ſunt vniti Sequit̄
· Iam em̄ ſecuris ad radicem arboris poſita eſt
Chr· ſuper math· Securis eſt acutiſſima ira con=
ſumationis· que totum preciſura eſt mundum Sed
ſi poſita ē quare non precidit· qꝛ rationabiles ſūt
arbores· et in poteſtate habent facē bonum· aut
non facē· vt videntes ad radices ſuas poſitā eſſe
ſecurim timeant et faciant fructum· Ergo denun=
ciatio ire quod eſt ſecuris poſitio et ſi malis nihil
Chr· ſuper math· dyabolus ex ſecundo rn̄ſo incertus tranſit ad terciam temptacionem· quia em̄ xp̄us recia ventris diſrupetat recia vane glīe tranſiuerat· ponit ei recia auaricie· ꝓpter quod dicitur Iterum aſſumpſit eum dyabolus in montem excelſum valde· Quem ſcꝫ diabolꝰ circuiens oēꝫ terraꝫ excelſiorem ceteris cognoſcebat· Quanto em̄ excelſior fuerit mons tanto ex eo ſpacioſior terra videtur Vnde ſequitur et oſ̄dit ei oīa regna mundi et glīam eoꝝ· Oſ̄dit autem ita non vt ip̄a regna vel ciuitates eoꝝ· vel p̄plos· vel argentum· vel aurum videt· Sed ꝑtes terre in quibus vnumquodqꝫ regnum vel ciuitas poſita erat· vt puta ſi aſcendens ſuper excelſum locum digito extenſo dicaꝫ tibi· ecce ibi eſt roma aut alexandria· non ſic oſtendo tibi vt ip̄as videas ciuitates· ſꝫ partes terre in quibus poſite ſunt· Sic et dyabolus poterat xp̄o ſinglā loca demonſtrare digito· ꝛ vniuſcuiuſqꝫ regni honores et ſtatum verbis exponere· Nam oſ̄ſum dr· eciā quod exponitur ad intelligendum Orige· ſuper lucam· Vel alr̄· non eſt arbitrandum ꝙ regna ei mundi oſ̄dens Perſarum· verbi gracia regnum iudeorumqꝫ oſ̄derit· ſꝫ oſ̄dit ei regnum ſuū· quō regnaret in mundo id eſt quō alij regnentur a fornicatione· alij ab auaricia Remi· Glām eoꝝ appellat aurum· argentum et lapides precioſos ꝛ tpalia bona Raba· Oſtendit autem hec diabolꝰ dn̄o· non ꝙ ip̄e viſum eius amplificare potuit aut aliquid ignotum demonſtrare· ſꝫ vanitatē pōpe mundane quam ip̄e diligebat· quaſi ſpecioſam ac deſiderabilem verbis oſ̄dens in amorem xp̄o ſuggerens venire volebat Glo· qui non ɔcupiſcēcie oculo intuetur ſicut nos· ſꝫ ſicut medici vident morbos ſine leſione· Hiero· Sequitur· Et dixit illi· Hec omnia tibi dabo· Arrogans et ſuperbus de iactancia loquitur· Non em̄ poteſt omnia regna dare· cum ſciamus pleroſqꝫ ſanctos viros a deo reges factos Chr· ſuper math· Sed ea que per iniquitatem fiunt in mūdo· vt puta per furtū aut ꝑiuria acquiſitas diuicias dyabolus dat· Non ḡ dyabolus quibus vult diuicias dare poteſt· ſꝫ his qui volunt ab illo recipere Remigi· Miranda eē eſt dyaboli demencia· illi promittebat dare regna terrena qui ſuis fidelibus dat regna celeſtia et gloriam mundi ei qui eſt celeſtis glorie dominus

Ambro· Habet autem ambicio domeſticum periculum· vt enim dominetur alijs prius ſeruit· curuatur obſequio vt honore donnetur· et dum vult eſſe ſublimior fit remiſſior· Vnde apte ſubditur· Si cadens adoraueris me Glo· ecce antiqua dyaboli ſuperbia· Sicut em̄ in principio voluit ſe ſimilem deo facere· ita nunc volebat diuinum ſibi vſurpare cultum dicens· Si cadens adoraueris me· Ergo qui adoraturus eſt dyabolum ante corruit Sequitur· Tunc dicit ei hieſus Vade ſathana

Chr· ſuper math· In quo finem temptandi diabolo ponit· ne progrediatur vlterius temptans

Hiero· Non autem (vt pleriqꝫ putant) eadem ſathanas et petrus ɔdemnantur ſn̄ia· Petro em̄ dr· Vade retro me ſathana· id eſt ſequere me qui contrarius es mee voluntati· Hic autem dr· Vade ſathana· et non ei dr retro· vt ſubaudiatur· vade in ignem eternum qui paratus eſt tibi ꝛ angelis tuis Rem· Vel ſm̄ alia exempla· vade retro id eſt reminiſcē recordare in quanta gloria ɔditus fuiſti· et in quantam miſeriam cecidiſti Chr· ſuper math· Videndum autem qr xp̄s cum paſſus fuiſſꝫ temtacionis iniuriam dicente ſibi dyabolo Si filius dei es mitte te deorſum non eſt turbatꝰ neqꝫ dyabolum increpauit· Nunc autem qn̄ dyabolus vſurpauit ſibi dei honorem exaſperatus eſt· et repulit eum dicens· Vade ſathana· vt nos illius diſcamus exemplo· noſtras quidem iniurias magnanimiter ſuſtinē· dei autem iniurias nec vſqꝫ ad auditum ſufferre· qm̄ in ꝓprijs iniurijs eſſe quempiā pacientem· laudabile eſt· Iniurias autem dei diſſimulare nimis eſt impium Hiero· dicens autem dyabolus ſaluatori Si cadens adoraueris me Ecōtrario audit· ꝙ ip̄e magis adorare eum debeat q̄ſi dominum et deum ſuū Aug· ɔtra ſer· arrianoꝝ· Vnde ſequitur· Scriptum eſt em̄· Dn̄m deū tuum adorabis· et illi ſoli ſeruies Vnus dn̄s deus noſter eſt ip̄a trinitas· cui ſoli ſeruitutem pietatis iure debemus Aug· x· de ciui· dei· Nomine autem ſeruitutis cultus deo debitus intelligitur· latriā q̄ppe noſtri vbicunqꝫ ſanctarum ſcripturaꝝ poſitū eſt interpretati ſunt ſeruitutem· Sed ea ſeruitus que debetur hominibus (ſm̄ quam precepit apoſtolus) ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere· grece nuncupari ſolet dulia· Latria vero· aut ſp· aut tam frequenter vt pene ſp ea ſeruitus dicitur que pertinet ad colendum deum Chr ſup mth· Diabolus autē (ſicut rationabilr intelligi poteſt) non quaſi obediens precepto receſſit· ſꝫ diuinitas xp̄i et ſp̄ūſſanctus qui erat in eo excuſſit inde dyabolum· Vnde ſequitur· Tunc reliquit eū dyabolꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quod ad noſtram proficit ꝯſolacionem · quia non
tamdiu homines dei diabolus temptat ꝙdiu vult
ſ3 ꝙdiu xp̄s permittit · Etſi eñ permittit eũ pau
liſper temtare · tñ repellit ꝓpter infirmam naturā
Aug · ix · de ciui · dei · Poſt temtacionem vero ſāc
ti angeli ſpiritibus immundis metuendi dño mini
ſtrabant · ⁊ per hoc magis magiſq3 innoteſcē dat
demonibus quantus eſſet · Vnde ſequitur · et ecce
angeli acceſſerunt et miniſtrabant ei Chr · ſup
math · Non autē dixit deſcendentes angeli · vt oſtē
dat · qꝛ ſp ad miniſterium eius erant in terris · ſed
tunc precipiente dño receſſerunt ab eo · vt locus
dyabolo aduerſus xp̄m daretur · ne forte videns
angelos circa eum non appropinquaret ad eum · In
quibus autem rebus illi miniſtrabant ſcire nō po
ſſumus · vtrum ad ſanationes infirmitatum · an ad
correctiones aīaꝝ · an ad effugationem demo-
num que omnia per angelos facit · vnde eis facien
tibus ipē facere videtur · Tamen manifeſtum eſt ·
ꝙ non ꝓpter neceſſitatem impotencie eius ei mini
ſtrabant · ſ3 ꝓpter honorem poteſtatis ipſius · non
eñ dr ꝙ adiuuent eum ſ3 ꝙ miniſtrent Greg · in
ome · Ex his autem vnius perſone vtraq3 natura
oñditur · qꝛ et homo eſt quem dyabolus temptat
et idem ipē deus eſt cui ab angelis miniſtratur
Chr · ſuper matheum · Nunc breuiter perſtringa-
mus quid ſignificent xp̄i temtaciones · Ieiunium
eſt abſtinencia rei male · eſuries eſt deſiderium eꝰ
vſus eius eſt panis · Qui g̃ peccatum ſibi ꝯuertit
ad vſum · lapidem ꝯuertit in panem · Reſpondeat
g̃ dyabolo perſuadenti · qꝛ non in ſolo vſu illiꝰ rei
viuit homo · ſ3 in obſeruancia mandatoꝝ dei · Cũ
vero quis inflatus fuerit quaſi ſanctus · ductus ē
quaſi ſuper templum · et qñ eſtimauerit ſe ꝯſiſtē
in ſanctimonij ſummitate · poſitus eſt ſupra pinnā
templi · Et hec temptacio ſequitur primam · quia
victoria temtacionis gloriacionem operatur · et
fit cauſa iactancie · Sed vide ꝙ xp̄s ieiuniũ vltro
ſuſceperit · Supra templum autem dyabolus eum
duxit · vt tu ad abſtinenciam laudabilem ſponte ꝓ
cedas · Extolli autem ad faſtigium ſanctitatis nō
acquieſcas · fuge exaltacionem cordis · et non pa
cieris ruinam Aſcenſio autem montis eſt proceſſio
ad altitudinem diuiciaꝝ et glorie huius mundi q̄
de ſuperbia cordis deſcendit · Cum g̃ volueris di
ues fieri quod eſt aſcendere in montem incipis cō
gitare de diuicijs ⁊ honoribus acquirendis · ⁊ tūc
princeps mundi gloriam regni ſui tibi oſtendit ·
Tercio loco prouidet tibi cauſas vt ſi volueris il-
la conſequi ſeruias ei negligens iuſticiam dei ·
Hyla · victo autem a nobis calcatoq3 dyaboli capi
te angelorum miniſteria et virtutum in nos cele
ſtium officia non defutura oſtenditur Augꝰ · de
concor · euan · Lucas has temptaciones non eodē
ordine proſecutꝰ eſt · vnde incertum eſt quid pꝰ
factum ſit vtrum regna terre prius demonſtrata
ſint · ⁊ poſtea in pinnam templi leuatus ſit an ecō
uerſo · Nihil tñ ad rem · dum omnia facta eſſe mani
feſtum ſit Glo · Sed quod dicit lucas magis vi/
detur ſm hyſtoriam eſſe Sed matheus has refert
temptaciones ſm hoc ꝙ in adam facte ſunt ·

Cum autem audiſſet
ieſus ꝙ iohannes tra
ditus eſſet · receſſit in
galileam · et relicta ci
uitate Nazareth ve-
nit et habitauit in ca
pharnaum maritimā
in finibus zabulon et
neptalim · vt adimple
retur quod dictum ē
per yſaiam ꝓphetam
Terra zabulon et ter
ra neptalim via ma-
ris trans iordanem ·
Galilee gentium po-
pulus qui ambulabat
in tenebris vidit lucē
magnam et ſedentibꝰ
in regione vmbre mor
tis lux orta eſt eis ·

Rab · poſtꝙ mathęꝰ
de · xl · dieꝝ ieiunio
et de temtacione xp̄i
et de angeloꝝ mini-
ſterio narrauit · con-
tinuo ſubiecit dicēs
Cum autem audiſſet
hieſus · qꝛ iohannes
traditus eſſet Chr ·
ſuper math Sine du
bio a deo · qꝛ in viꝝ
ſanctum nemo poteſt
aliquid · niſi ēdiderit
eum deus · Sequitur
Seceſſit in galileam
ſc3 de iudea vt paſſio
nem ſuam oportuno
tp̄i reſeruaret Deide
ut nobis fugiendi pe
riculum daret exem-
plum Chr · in om ·
Non eñ accuſabile ē
non proijcē ſeipſum i
periculum · ſ3 inciden
tem non ſtare viriliē
Recedit etiam de iu/
dea iudaicā inuidiā
mitigans ſimul quidē
ꝓphetiam complens · et magiſtros orbis terraꝝ
piſcari ſtudens qui in galilea morabantur · Atten
de etiam quaſi ad gentes abiturus a iudeis acce-
pit cauſam · Etenī cum precurſorem in vincula mi
ſiſſent · impellunt hieſum tranſire ad galileam gē
tium · Glo · Vt autem refert Lucas venit naza-
reth vbi erat nutritus · et ibi intrauit in ſinagogā
vbi legit et dixit multa · ꝓpter que voluerunt eũ
precipitare de monte · et tunc deſcendit caphar-
naum vnde modo ait matheus · Et relicta ciuitate
naza · venit et habi · caphar · Hiero · Nazareth ē
in galilea vicus iuxta montem Thabor · Caphar
naum eſt opidum in galilea gencium iuxta ſtagnũ
Genazareth · et ideo dicit Maritimā Glo · addit
etiam in finibus Zabulon et neptalim · vbi prima
captiuitas hebreorum fuit ab aſſirijs · Vbi g̃ ꝑma
legis obliuio eſt prima euangelij predicatio vt ⁊
de loco quaſi medio diffiueret ad gentes et iude/
os Remi · Reliquit autem vnam ſc3 nazareth · vt
predicando et miracula faciendo plures illumina
ret · In quo facto reliquit predicatoribꝰ exemplũ
vt eo tp̄e et illis in locis ſtudeant predicare · qñ
multis prodeſſe poſſunt · Sequitur · Vt adimple-
retur quod dictum eſt per yſaiam ꝓphetam · Ter
ra zabulon et terra neptalim · In ꝓphecia ita ha-
betur · Primo tp̄e alleuiata eſt terra Zabulon et
terra neptalim · ⁊ nouiſſimo aggrauata eſt via ma
ris trans iordanem galilee gencium Hiero · ſup
yſaiam · Dicit̄ aūt primo tp̄e alleuiata eſſe ab oīe
peccatorum · qꝛ in regionibus duaꝝ tribuum pri
mum ſaluator euangelium predicauit · Nouiſſimo
vero tp̄e aggrauata eſt fides eorum · plurimis iu
deorum in errore permanentibus · Mare autē hic
lacum appellat Genazareth qui iordane influente

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

efficitur· In cuius littore caphar naum et tiberias
et bethſaida·et corozabim ſite ſunt·In qua maxime
regione xp̄s predicauit·vel ſm̄ hebreos i xp̄m cre
dentes·hee due tribus zabulon et neptalim ab aſ
ſirijs capte ſunt·et galilea deſerta eſt·quam pro
pheta dicit eſſe alleuiatam· eo q̄ peccata populi
ſuſtinet·ſʒ poſtea relique tribus que habitabant
trans iordanem et in Samaria ducte ſunt in capti
uitatem·et hoc inquiunt·Scriptura nunc dicit
q̄ regionis eius populus primum captiuatus eſt
ip̄a primum lucem predicantis viderit xp̄i vel ſm̄
nazareos aduenien te xp̄o primo terra zabulon et
neptalim eſt phariſeorum erroribus liberata·p⁹
ea per euangelium apoſtoli pauli ingrauata eſt·
id eſt multiplicata predicatio in terminos genciū
Glo·Hic autem in euangelio diuerſi nominatim
ad idem verbum reducuntur·Ita et terra zabulon
et terra neptalim que eſt via maris que eſt trans
iordanem ſcʒ populus galilee gentium qui ambu
labat in tenebris Hiero·nota autem q̄ due gali
lee ſunt·vna que dr̄ iudeorum·et alia que dr̄ genciū
Diuiſa eſt enī galilea a tp̄e Salomonis qui dedit
·xx·ciuitates in galileam hyram regi tyri·que p̄s
dicta eſt poſtea galilea gentium reliqua iudeorum
Vel legendum eſt Trans iordanem galilee gen/
tium·Ita inq̄ vt populus qui vel ſedebat vel am
bulabat in tenebris lucem viderit·nequaq̄ puam
vt aliorum ꝓphetarum·ſʒ magnam ſcʒ illius qui in
euangelio loquitur·Ego ſum lux mundi·Et q̄ ha=
bitabant in regione vmbre mortis lux orta ē eis·
Inter mortem et vmbram mortis hoc intereſſe
puto·q̄ mors eorum eſt qui cum pecoribus mortis
ad inferos perrexerunt·Vmbra autē mortis eorum
eſt qui dum peccent nondum de hac vita egreſſi
ſunt·poſſunt enī (ſi voluerint) agere penitenciam
Chr·ſuper math·Vel in regione vmbre mortis
ſedebant gentiles q̄ colebant ydola et demones
Iudei autem qui legis op̄a faciebant in tenebris
erant·q̄ dei iuſticia nondum erat eis manifeſta·
Chr·in om·Vt autem diſcas q̄ neqʒ lumē neqʒ
tenebras ſenſibiles ait De lumine dixit·lumē mag
num quod alibi dr̄ lumen verum·Tenebras autē
exponens nominauit vmbraʒ mortis·Deinde mon
ſtrans q̄ non ip̄i querentes inuenerunt·ſed deus
ip̄is apparuit·dixit q̄ lumen ortum eſt et effulſit·
non enī prius ip̄i ad lumen cucurrerunt· Etenī in
vltimis malis homines erāt ante xp̄i p̄ſenciam neqʒ
enī ambulabant in tenebris ſʒ ſedebant·quod ſig
num erat·q̄ non ſperabant liberari Sic enī neſci
entes quo oporteret progredi· ita comprehenſi
a tenebris ſedebant iam non potentes ſtare·Te=
nebras autem vocat hic errorem et impietatem·
Rabanus·Allegorice autem iohannes eſt vox
precedens verbum et alij ꝓphete· Poſtq̄ autem
ꝓpheta ceſſauit et ligatus eſt·acceſſit verbum cō
plens quod predicauerat vox·id eſt ꝓphecia·Et
ſeceſſit in galileam·id eſt de figuris ad veritatē
vel in galileam id eſt in eccleſiam·vbi eſt tranſmi
gracio de vicijs ad virtutes·Nazareth interpre/
tatur flos·Capharnaum villa pulcerrima·Reli=
quit ḡ florem figurarum·quo fructus euangelij
ſignificabat̄·et venit in eccleſiam que eſt xp̄i vir
tutibus pulcra·Et maritima eſt q̄ iuxta fluct⁹ ſe
culi poſita quotidie tunditur procellis perſecuci
onum·Inter zabulon et neptalim ſita eſt·id eſt iu
deis communis et gentibus·Zabulon enī habita
culum fortitudinis dr̄·quia apoſtoli qui de iudea
electi ſunt fortes fuerunt·Neptalim dilatacio q̄
gentium eccleſia per orbem dilatata eſt Aug⁹
de con·euan·Iohannes autem euangeliſta priuſq̄
iret hieſus in galileam dicit de petro· et andrea·
et nathanaele·et de miraculo in chana galilee· q̄
omnia ceteri euangeliſte pretermiſerunt·id ꝯtex
entes ſuis narrationibus·q̄ hieſus reuerſus ſit in
galileā Vnde intelligitur fuiſſe interpoſitos ali
quos dies quibus illa de diſcipulis geſta ſunt· q̄
interponuntur a iohanne Rem·Sed illud ſoler=
cius attendendum eſt·quare iohannes dominum
dicat iſſe in galileam anteq̄ iohannes miſſus fuiſ=
ſet in carcerem·Nam poſt vinum de aqua factū
et deſcenſum eius in capharnaum·et poſt aſcenſū
eius in hieruſalem·dr̄ in euangelio iohannis q̄ re
dijt in iudeam et baptizabat· et nondum miſſus
erat iohannes in carcerem·Hic autem dicitur·q̄
poſtq̄ traditus fuit iohannes ſeceſſit in galileā
Et hoc quidem dicit marcus·Non autē dʒ hoc cō
trarium videri·Nam iohannes primum aduentum
dn̄i in galileam deſcripſit· qui ſcʒ fuit ante incar=
nationem iohannis·Sed et de ſecundo aduētu alibi
facit mencionem·cum ait·q̄ hieſus reliquit iudeā
et abijt iterum in galileam·Et de hoc tm̄ ſecundo
aduentu in galileam·qui ſcʒ fuit poſt incarnacōē
iohannis alij euangeliſte dicunt· Ex eccleſiaſtica
hyſtoria·Iohannem enī tradunt vſqʒ ad vltimū
pene vite ſue tempus abſqʒ vllius ſcripture indi
cijs euangelium predicaſſe·Sed cum trium euan=
geliorum ad ip̄m noticia puenisſet·probaſſe q̄dē
veritatem dictorum·deeſſe tn̄ vidit aliqua·et maxie
que primo predicacionis ſue tp̄e dn̄s geſſerat·
Certum eſt enī q̄ in alijs tribus euangelijs hec vi
dentur ſola ꝯtineri que in eo geſta ſunt anno quo
iohannes baptiſta vel incluſus eſt in carcerē vel
punitus·Matheus enī poſt temtacionem xp̄i ꝯti=
nuo ſubiecit·Audiens autem q̄ iohannes t̄ditus
eſſet·Et marcus ſimilr̄·Lucas vero priuſq̄ aliq̄d
de actibus xp̄i referret· dicit q̄ herodes ꝯcluſit
iohannem in carcere·Rogat⁹ eſt ḡ iohannes apo
ſtolus· vt ea que preterierant priores ante tradi
tionem iohannis ſaluatoris geſta ꝯſcribēt·et ideo
dicit in euangelio ſuo Hoc fecit iniciū ſignorum ih̄s
Chr·ſuper matheū

Exinde cepit hieſus predicare et dicere· Penitenciam agite· appropinquauit enim regnum celorum·

Ille dʒ xp̄i iuſticiam
predicare qui ventri
ſuo ꝯtradicē poteſt·
qui ſeculi iſtius bona
contemnit qui vanā
gloriam non deſid'at·
Et ideo dr̄ Exinde ce
pit hieſus predicare
id eſt ex quo temtatus famem vicit in deſerto·aua
riciam ſpreuit in monte·vanam gloriam repcuſ=
ſit in templo·Vel exinde cepit predicare·ex quo
traditus eſt iohannes·nam ſi predicante iohanne
predicare cepiſſet·vilem reddidiſſet iohānem·q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inueniretur predicatio iohannis eſſe ſuperflua·
ꝙtū ad iſtius doctrinam· ſicut ſi vno tꝑe ſol cum
lucifero oriatur· graciam luciferi celat  Chr· in
ome· Ideo etiaꝫ non predicauit donec iohannes in
carcēm mittētur· ne ex hoc multitudo ſcindētur·
ꝓpter quod etiam iohannes nullum fecit ſignum·
vt per miracula omnes trahēntur ad xp̄m  Rab·
In hoc etiam docet ne quis ab inferiori ꝑſona ſer
monem contemnat· Vnde apoſtolus· Si cui ſeden
ti reuelatum fuerit prior taceat  Chr· ſup math·
Sapienter autem inde predicationis ſue ſūpſit
inicium non vt conculcet iohannis doctrinam ſed
vt magis confirmet· et teſtem eum verum fuiſſe
demonſtret  Hiero· In quo etiam oſ̄dit ſe eꝰdeꝫ
eſſe dei filium cuius ille fuerat ꝓpheta· Et ideo di=
cit: penitenciam agite  Chr· ſuper math· Non·n·
ſtatim iuſticiam predicauit quam omnes cognoſce
bant· ſꝫ penitenciam qua omnes indigebant· quis
ḡ auſus eſt dicē ꝫ volo bonus eſſe et non poſſum·
Penitencia eīn correctio eſt voluntatis· Et ſi vos
mala non terrent· vt ſcꝫ penitenciam agatis· vel
bona delectent· Vnde ſequitur· Appropinquauit
eīn regnum celoꝝ· id eſt beatitudo regni celeſtis
acſi dicat· Parate vos per penitenciam· quia ap=
propinquauit tempus mercedis eterne  Rem·
Et notandum· quia non dicit Appropinquauit re
gnum chananeorum aut iebuzeoꝝ· ſꝫ regnum ce=
loꝝ· lex eīn promittebat bona tpalia· ſꝫ dn̄s reg=
na celeſtia  Chr· in ome· Conſiderandum etiaꝫ ꝙ
in hac predicatione nihil de ſeipō manifeſte pre
dicabat ꝙ interim ouemens erat· qr nondum d̄ eo
decentem habebant opinionem· Incipiens etiam
nihil graue et onerosum dixit· ſicut iohannes dixe
rat· ſecurim et arborem inciſam· et hmōi· Sed in
principio benigna ꝓpoſuit· regnum euangelizās
Hiero· Miſtice autem iohanne tradito xp̄s in=
cipit predicare quia deſinente lege conſequenter
oritur euangelium

Ambulans autē ihe=
ſus iuxta mare gali=
lee vidit duoſ fratreſ
ſymoneꝫ qui vocaē pe
trus et andream fra=
trem eius mittentes
rethe in mare· erant e
nim piſcatores· et ait
illis· Venite poſt me·
et faciam vos fieri pi=
ſcatores hominuꝫ· At
illi cōtinuo relictis re
thibus ſecuti ſunt eū
Et ꝓcedens inde vi=
dit alioſ duos frēs ia
cobum zebedei et io=
hannem fratrem eius

Chri· ſuper math·
Anteꝙ̄ xp̄s aliquid
dicat vel faciat· vo=
cat apoſtolos· vt ni
hil illos lateat· nec
verboꝝ xp̄i nec opm
vt poſtmodum fidu=
cialiter dicē poſſint·
Non poſſumus· que
vidimus ꝛ audiuimꝰ
non loqui· Hinc eſt
quod dicitur· Ambu
lans hieſus iuxta ma
re galilee  Rabanꝰ
Mare galilee· id eſt
quod ſtagnum gena
zareth· mare tyberia
dis eſt lacus ſalinaꝝ
Glo· decenter aūt
per piſcatoria vadit
loca piſcatores piſca
turus· Vnde ſequiē·
Vidit duos fratres·
Simonem qui vocaē
petrus· et andream

in naui cum zebedeo
patre eorum· reficien
tes recia ſua· et voca
uit eos· illi autem ſta
tim relictis retibus ꝛ
patre ſecuti ſunt eum

fratrem eius  Remi·
Vidit autem non taꝫ
corporali ꝙ̄ ſpūali·
ad corda coꝝ reſpi/
ciens·  Chr· in ome·
In mediis aē opacōi
bus exiſtentibus eos
vocauit· monſtrans
ꝙ omnibus occupa
cionibus ſequelam ſuam preponere oportet· Vn̄
ſequitur· Mittentes recia in mare quod quidē eo
rum officio congruebat· ꝓpter quod ſequitur Erāt
eīn piſcatores·  Augꝰ· in ſer· de kal· ianu· Non
eīn elegit reges aut ſenatores· aut philoſophos
aut oratores· ymo elegit plebeios· pauperes· in=
doctos piſcatores  Aug· ſuper iohan· Si eīn do
ctus eligētur· fortaſſis ideo ſe dicēt electum quia
doctrina eius eligi meruit· Dn̄s autem noſter ihs
xp̄s volens ſuperborum frangere ceruices· non ꝗ
ſiuit per oratorem piſcatorem· ſꝫ de piſcatore lu=
cratus eſt imperatorem· Magnus ciprianus ora=
tor· ſꝫ prius petrus piſcator·  Chri· ſup math·
Future etiam dignitatis graciam artificii opere
ꝓphetabant· nam ſicut qui recia iactat in aqua ne
ſcit quos piſces comprehenſurus eſt· ſic et doctor
qn̄ diuini ſermonis recia ſuper populum iactat·
neſcit qui ſunt acceſſuri ad deum· Sed quoſcunqꝫ
deus excitauerit· illi adherent eius doctrine·
Remig· de his autem piſcatoribus loquitur dn̄s·
per hiēremiam dicens· Mittam in vos piſcatores
meos· et piſcabuntur vos· vnde et hic ſubditur·
Venite poſt me  Glo· non tam pedibus ꝙ̄ affectu
et ymitacione· Et faciam vos fieri piſcatores ho=
minum·  Chr· ſuper math· id eſt doctores· vt cū
rete verbi dei comprehendatis homines de mūdo
tempeſtuoſo et periculoſo· vbi homines non am=
bulant ſꝫ feruntur· quia dyabolus cum delectacio
ne compellit eos in malo vbi alterutrum homies
ſe comedunt· ſicut piſces forciores deuorant in/
mores· vt tranſlati viuant in terra corporis xp̄i
membra facti  Greg· in ome· Nulla autem petrꝰ
et andreas xp̄m miracula facē viderant· nihil ab
eo de premio eterne retribucionis audierant· et
tn̄ ad vnum domini preceptum hoc quod poſſidē
videbantur obliti ſunt· Vnde ſequitur· At illi cō
tinuo relictis retibus ſecuti ſunt eum· In quo affec
tum debemus pocius penſare ꝙ̄m cenſum· Multū
eīn reliquit qui ſibi nihil retinuit· multum dimiſit
qui cum re poſſeſſa concupiſcenciis renunciauit·
A ſequentibus ḡ tanta dimiſſa ſunt· quanta a non
ſequentibus concupiſci potuerunt· Exteriora eīn
noſtra domino· ꝙ̄ntumlibet parua ſufficiunt· nec
perpendit ꝙ̄ntum in eius ſacrificio ſꝫ ex quanto ꝓ
feratur Eſtimacionem quippe precii regni dei n̄
habet· ſꝫ tn̄ valet ꝙ̄ntum habet  Chr· ſup math·
Non autem predicti diſcipuli ſecuti ſunt xp̄iſtum
doctoris cupientes honorem· ſed operis lucrum·
Sciebant eīn ꝙ̄m precioſa eſt anima hominis ꝙ̄m
grata eſt apud deum ſalus ipſius et quanta ē mer
ces  Chr· in ome· Tante igitur promiſſioni cre/
diderunt· et per ſermones quibus ſunt capti cre/
diderunt ſe alios poſſe piſcari  Chri· ſup math·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hec igitur cupientes ſecuti ſunt omnibus relictis
In quo nos docuerunt • quia nemo poteſt terrena
poſſidere • et perfecte ad celeſtia peruenire Glo
• In his ḡ datum eſt exemplum illis qui cenſum de-
ſerunt pro xp̄i amore Subditur autem exemplum
eoꝝ qui etiaꝫ carnales affectus pro deo poſponūt
Vn̄ dr̄ • et procedens inde vidit alios duos • Nota
vocat binos et binos • ſicut alibi legitur • q̄ miſit
binos et binos ad predicandum Greg • in ome •
Quatinus hic nobis tacitus innuat • qꝛ q̄ caritatē
erga alterum non hꝫ • predicacōis offm̄ ſuſcipere
nullatenus dꝫ • duo em̄ ſunt precepta caritatis • et
minus q̄ inter duos caritas haberi non p̄t Chr •
ſuper math • Super caritateꝫ etiam fraternitatis
recte poſuit fundamenta • vt ex radicibꝰ caritatis
exuberans quaſi humor aſcendat in ramis • et hoc
ſuper naturalem caritatem • vt non ſolum p grām
ſꝫ eciam per naturam ipa caritas firmior habeat̄ •
Vn̄ dicit • fratres ſic em̄ fecit deus • Et in ve • teſt •
ſuper moyſen et aaron fratres ponens edificacōis
inicium • Nam aūt abundancior eſt gracia no • teſt •
q̄ veteris • ideo primum populum edificauit ſup
vnam fraternitatem • hunc autem ſuper duas • Ja
cobum inquit zebedei et iohannem fratrem eius ī
naui cum zebedeo patre eoꝝ reficientes recia ſua
quod eſt maxime paupertatis indicium • vetera em̄
reficiebant • qui noua (vnde emerent) n̄ habebant
Et quod ad maiorem pietatem eorum pertinet in
tanta paupertate ſic ~~proximo~~ patri ſuo ſuccurrebāt vt
ſecum eum baiularent in naui • non vt ille iſtos ad
iuuaret in ope • ſꝫ vt iſti illum ꝯſolarentur ſua pre
ſencia Chr • in ome • Non parua autem eſt hic de
monſtracio virtutis • inopiam facile ferre ex iuſtis
nutriri laboribus • colligari inuicem amoris virtu
te patrem habere ſecum et curare Chr • ſup mth
Eſtimare autem primos velociores ad predican-
dum • qꝛ recia mittebant • Iſtos autem quaſi pigri
ores • qꝛ adhuc recia ꝯponebant • non ſumus auſi •
qꝛ dn̄aꝫ eoꝝ ꝯgnoſcē ſolius eſt xp̄i • Forte ḡ illi
ꝓpter petrum dicti ſunt mittentes recia • qui pre-
dicauit euangelium ſꝫ non ꝯpoſuit • Iſti aūt ꝓpter
iohannem ꝯponentes • qui euangelium compoſuit
Sequitur • et vocauit eos • Erant em̄ habitacione
ciues • dilectione ꝯcordes • artificio pares • frater-
tatis ꝯiuncti pietate • Ideo ſimul vocauit eos • ne
tot bonis ꝯiunctos diſſimilis vocatio ſeparet •
Chr • in ome • Vocando autem nihil eis promiſit •
ſicut prioribus • obuia em̄ eoꝝ qui preuenerant viā
eis preparauerat Sed et multa de ipo audierant • ſcꝫ
tanq̄ familiares et ꝯſanguinitate ꝯiuncti • Sequit̄ •
illi autem relictis retibus et patre ſecuti ſunt eum
Chr • ſuper math Tria em̄ ſunt que relinquē dꝫ
qui venit ad xp̄m actus carnales • qui per recia pi
ſcationis ſignificant̄ • ſubſtanciam mundialem que
per nauem • et parentes qui per patrem • Reliquer-
runt ḡ nauem vt fierent eccleſiaſtice nauis guber
natores • Reliquerunt recia vt non piſces afferrēt
ad ciuitatem terrenam ſꝫ homines ad celeſtem Re
liquerunt vnum patrem vt ſpiritales patres oīm
fierent • Hyla • Eis igitur artem et patriam
domum relinquentibus docemur xpriſtum ſecutī
et ſecularis vite ſollicitudine • et paterne domus

conſuetudine non teneri Remigius • Miſtice aūt
per mare deſignatur iſte mundus • propter ama-
ritudinem et fluctuacionem • Galilea autem que in
terpretatur volubilis ſiue rota • ſignificat mundi
volubilitatem • Ambulauit igitur hieſus iuxta ma
re • dum ad nos per incarnacionem venit • quia nō
carnem peccati ſed ſimilitudinem carnis peccati ſu
ſcepit ex virgine • Per duos fratres • duo populi
deſignantur • qui ab vno deo patre creati ſunt • q̄s
vidit qn̄ eos miſericorditer reſpexit • Per petrum
em̄ qui interpretatur agnoſcens • et dicitur ſimon
ideſt obediens deſignatur iudaicus populus qui
per legem deum agnouit • et preceptis eius obedi
uit • per andream qui interpretatur virilis ſiue de
corus intelligitur gentilis populus qui poſt ag
nitionem dei viriliter in fide permanſit • Nos po-
pulos vocauit • quando predicatores in mundum
miſit dicens • Venite poſt me • id eſt relinquite de-
ceptorem et ſequimini creatorem • De vtroq̄ꝫ etiaꝫ
populo facti ſunt hominum piſcatores • id eſt pre
dicatores • Relictis autem nauibus id eſt carnali-
bus deſiderijs • et retibus id eſt mundi cupiditati-
bus ſecuti ſunt xpriſtum • Per iacobum etiam intel
ligitur iudaicus populus qui per cognitionē dei
diabolum ſupplantauit per iohannem gentilis po
pulus qui ſola gracia ſaluatus eſt • Zebedeus aūt
quem relinquunt et interpretatur fugitiuus ſiue
labens • ſignificat mundum qui tranſit • et dyabo-
lum qui de celis lapſus eſt • Per petrum etiam et
andream mittentes recia in mare • deſignantur illi
qui in prima etate • dum de naui corporis ſui mit-
tunt recia carnalis concupiſcencie in mare huius
ſeculi vocantur a domino • Per iacobum iohannē
reficientes recia deſignantur illi qui poſt pecca-
ta ante aduerſitates veniunt ad xp̄m recuperan-
tes que perdiderunt Rabanus • Due naues duas
eccleſias figurant • eam que ex circumciſione et eaꝫ
que ex preputio vocata eſt • Quilibet etiam fidelis
fit ſimon deo obediendo • Petrus peccatum ſuum
agnoſcendo • Andreas viriliter labores paciēdo •
Jacobus vicia ſupplantando • Glo • et iohannes
vt totum gracie dei aſcribat • Et ideo quater tm̄
vocacio ponitur • per quos predicatores dei qua-
tuor mundi partibus vocatos ſignetur Hylariꝰ
Vel in hoc futurorum euangeliſtarum numerus
figuratur • Remigius • per hos etiam • quatuor
virtutes principales deſignantur • Prudencia em̄
refertur ad petrum propter diuinam ꝯgnitioneꝫ
• Juſticia ad andream • propter operum virilitateꝫ
Fortitudo ad iacobum • ꝓpter dyaboli ſupplantaci
onem • Temperancia ad iohannem • propter diui-
ne gracie effectum Auguſtinus de concordācia
euangeliſtarum • Sane mouere poteſt quomodo
iohannes dicat • non in galilea • ſed iuxta iordaneꝫ
andream ſecutum eſſe dominum cum alio cuius no
men tacetur • Deinde petrum ab illo nomen acce-
piſſe • Ceteri autem tres euangeliſte de piſcacione
vocatos eos dicunt ſatis inter ſe conuenienter ma
xime matheus et marcus • Nam lucas andream nō
nominat qui tamen intelligitur in eadem naui fui-
ſſe • Hoc etiam videtur diſtare • q̄ tm̄ petro a dn̄o
dictum eſſe commemorat lucas ex hoc iam homies

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eris capiens· quod matheus et marcus ambobus
dixiſſe narrant· ſed potuit prius petro dici· ſcđm
lucam· et ambobus poſtea· ſcđm alios duos· Sed
quod de iohanne diximus· diligenter conſideran
dum eſt· cum et locorum plurimum interſit et tem
poris et ipſius vocationis· Sed intelligendum ē
petrum et andream non ſic vidiſſe dominum iux
ta iordanem· vt ei iam inſeparabiliter inhererent
ſed tm̄ cognouiſſe quis eſſet· et eum miratos ad
propria remeaſſe· Forte autem quod pretermiſe
rat recapitulat· quia ſine vlla conſequentis tem
poris differencia dicit Ambulans autem iuxta ma
re· Queri etiam poteſt· quomodo binos et
binos ſeorſum eos vocauerit ſicut narrat matheus
et marcus· cum lucas dicat iacobum et iohannem
tanquam ſocios petri ad adiuuandum vocatos fu
iſſe· et ſimul ſubductis ad terram nauibus xp̄m ſe
cutos· Vnde intelligendum eſt hoc primo eſſe fa
ctum quod lucas inſinuat· et eos ad capturam pi
ſcium ex more remeaſſe· Non enim erat dictum pe
tro· q̄ piſces nunquam eſſet capturus· cum poſt
reſurrectionem hoc fecerit· Sed q̄ homines eſſet
capturus poſtea hoc factum eſt quod matheus et
marcus narrant· Non enim ſubductis ad terram
nauibus tanquam cura redeundi ſecuti ſunt eum·
ſed tanquam iubentem vt ſequerentur

**Et circuibat hieſus totaꝫ galileaꝫ docēs in ſinagogis eoꝝ et p̄dicans euangelium regni et ſanans omnē languorem et omneꝫ infirmitatem in populo· Et abijt opinio eius in totam ſiriam· et obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus et tormentis comprehenſos· et qui demonia habebāt et lunaticos et paraliticos et curauit eos· et ſecute ſunt eum turbe multe de galilea et decapoli et de hieroſolimis et de iudea et de trans iordanem·**

Chr· ſuper math·
Omnis rex pugnatu
rus contra aduerſari
um prius congregat
exercitum et ſic vadit
ad pugnam· ſic et do
minus contra dyabo
lum pugnaturus pri
us congregauit apo
ſtolos et ſic cepit euā
gelium predicare·
Vnde ſequitur Et cir
cuibat ieſus Remi·
In quo doctorum vi
ta inſtruitur· Vt em̄
non ſint pigri· docen
tur per hoc quod dr̄
circuibat hieſus·
Chr· ſuper matheū·
Quia em̄ illi vt debi
les ad medicum veni
re non poterant· ipſe
ſicut ſtudioſus medi
cus circuibat grauit̄
egrotantes et domi
nusquidem circuibat
ſingulas regiones· q̄
autem ſunt vnius re
gionis paſtores con
ſiderando dn̄t circui
re populi ſingulas paſſiones· vt ad remedium pa
ſſionis eorum aliquod medicamentum in eccleſia
proferatur Remigius· Vt autem non ſint accep
tores perſonarum docentur predicatores p hoc
q̄ ſubiungitur· totam galileam· Vt autem vacui
non diſcurrant docentur per h̄ q̄ ſubditur docēs
Vt autem non paucis· ſed multis prodeſſe ſtude
ant· monentur per hoc quod ſequitur· in ſynago
gis· Chriſoſtomus in homelia· Hinc etiam
eos erudiebat quod non eſt deo contrarius iude
is predicans et errorum predicator· ſed conſonās
patri aduenit· Remigius· Vt autem non erro
res neque fabulas· ſed ſalutaria predicent· docen
tur per hoc quod ſubditur· Predicans euangeli
um regni· Diſtat autem inter docens et predicās
docens enim refertur ad preſencia· predicans ad
futura· docebat enim de preſentibus mandatis·
predicabat de futuris promiſſis· Chriſoſto
mus ſuper matheum· Vel docebat iuſticias natu
rales· quas ſcilicet ratio naturalis docet· vt caſti
tatem· humilitatem· et huiuſcemodi· quas per ſe
ipſos omnes bona eſſe intelligunt· de quibus ne
ceſſaria eſt doctrina· non tantum propter manife
ſtacionem quantum propter excitacionem cordis
Preualentibus enim delectacionibus carnalibus
ſcientia iuſticie naturalis quaſi in obliuionem de
ducta obdormit· Cum ergo cepit doctor repre
hendere carnalia mala· eius doctrina non nouam
ſcienciam introducit· ſed oblitam commonefacit·
Predicabat autem euangelium annunciando bo
na que antiqui manifeſte nec audierant· vt beati
tudinem celeſtem· mortuorum reſurrectionem· et
huiuſcemodi· Vel docebat interpretando pro
phecias de ipſo· Euangelium predicabat denunci
ando in ſe bona futura· Remigius· Vt autem
doctores doctrinam ſuam virtutibus commenda
re ſtudeant· docentur per hoc quod ſubditur· Sa
nans omnem languorem et omnem infirmitatem
in populo· Infirmitas quidem eſt corporum· lan
guor autem animarum Chriſoſtomus ſuper
matheum· Vel per languorem anime aliquam pa
ſſionem intelligimus· vt auariciam· libidinem· et
huiuſcemodi· Per infirmitatem autem infidelita
tem· per quam aliquis infirmatur in fide· Vel p
languores intelliguntur grauiores corporis pa
ſſiones· per infirmitates autem leuiores· Sicut
autem paſſiones corporales diuinitatis virtute
ſanabat· ſic ſpiritales verbo pietatis· Primo aūt
docet· et poſtea ſanat· propter duo· Primo quia
premittitur· quod magis neceſſarium eſt· Verba
enim pietatis edificant animam non miracula· De
inde quia verba per miracula commendantur· et
non econuerſo· Chriſoſtomus in omelia· Con
ſiderandum autem q̄ vbicunqꝫ legis cuiuſdam in
troductio ſit· ſigna facere deus aſſueuit· pignora
ſue virtutis legem tribuens ſuſcepturus· Hominēꝫ
enim facturus mundum creauit· et tunc illi legem
in paradiſo propoſuit· et quando noe legem la
turus erat· magna ſigna oſtendit· Et ſimiliter iu
deis legem laturus prodigia oſtendit· et tunc le
gem dedit· ita et hic ſublimem illam legem intro
ducturus· miraculoꝝ demonſtracione certificat·
que dicuntur· Quoniam em̄ regnum quod predi
cabat̄ non apparebat· ab apparentibus ſignis ip̄m
manifeſtauit Gloſa· Sed quia predicatores de
bent habere bonum teſtimonium ab hijs qui fo
ris ſunt· ne ſi vita deſpicitur predicatio contemna
tur· Subditur· et abijt opinio eius in totaꝫ ſiriam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Raba ·Syria eſt omnis regio ab enphrate vſq3
ad mare magnum·a capadocia vſq3 ad egiptum in
quā eſt prouincia paleſtina·in qua habitāt iudei
Chr·in ome·Intende autem moderationē euā
geliſte·q2 non vnumquenq3 nobis enarrat cura=
torum·Sed breuibus verbis copioſitatem tranſ=
currit ſignorum·Vnde ſequitur·Et obtulerunt ei
omnes male habentes Remig·per quos varias
vult intelligere infirmitates·ſ3 leuiores·Cum ve
ro dicit varijs languoribus et tormentis compre
henſos·illos vult intelligi·de quibus ſubinfert·
Et qui demonia habebant Glo·languor diutur
nus eſt tormentum morbus acutus·vt dolor late
ris et hmōi·Qui autem demonia habebant·ſunt q̄
a demonibus vexabantur Remig·Lunatici enī a
luna dicti ſunt·que dum menſtruis tpibus creſcit
et decreſcit ipī vexantur Hiero·Demones enim
obſuantes lunaria tpa creaturarum infamare cu=
piebant·vt in creatorem blaſphemie redundarēt
Aug·xxij·de ciui·dei·Illiciuntur tñ demones·ad·
habitandum per creaturas·quas non ipī·ſ3 deus
odidit delectabilib9 pro ſua diuerſitate diuerſis·
non vt aīalia cibis ſ3 vt ſpūs ſignis·que cuiuſq3
delectacioni ogruunt Raba·paliticī autem ſunt
corpe diſſoluti·paraliſis enī grece·latine dicitur
diſſolutio·Sequitur·Et curauit eos Chr·ſuper
math·Cum in quibuſdam locis dicatur multos cu
rauit·hic ſimplr̄ dr·et curauit eos·ſignans q̄ oēs
curauit·Sicut et nouicius medicus intrans ciui=
tatem·omnes ad ſe venientes curat·ppter ſuam
opinionem omendandam Chr·in ome·A nullo
autem eorum fidem exquiſiuit qm̄ nondum virtu
tis ſue demonſtracionem dederat·et in aduenīēdo
et ferendo a longe·non paruam oſtenderant fidē
Sequitur·Et ſecute ſunt eum turbe multe· Ra
banus Que quadripartite ſunt·Alij propter ce=
leſte magiſterium vt diſcipuli·Alij ob curacionē
infirmitatum·Alij ſola fama et curioſitate·volen=
tes experiri an verum eſſet quod dicebatur·Alij
per inuidiam volentes eum in aliquo cape et accu
ſare· Miſtice autem Syria interpretatur elata·
Galilea volubilis vel rota·id eſt dyabolus et mun
dus·qui et ſuperbus eſt·et ad yma ſemper rotat̄
In quo fama xpiſti per predicationem innotuit
Demoniaci enim ſunt ydolatre·lunatici inſtabiles
Paralitici pigri et diſſoluti· Gloſa·Turbe
autem que ſequuntur dominum ſunt de eccleſia·q̄
ſpiritaliter eſt galilea tranſmigrans ad virtutes
Et decapolis decem precepta ſeruans in hiero/
ſolima et iudea·quam viſio pacis et confeſſio illu=
ſtrat·Et trans iordanem·quia baptiſmo tranſito
terram promiſſionis intrat· Remigius·Vel
ſequuntur dominum de galilea·id eſt de volubili
tate mundi et decapoli que eſt regio decem vrbiū
et ſignificat decalogi tranſgreſſores et de hiero
ſolima·quia ſc3 prius in noria pace detinebantur·
et de iudea·id eſt de confeſſione dyabolica·et de
tranſiordane·quia prius erant in paganiſmo con
ſtituti·Sed tranſeuntes per aquam baptiſmi ve
nerunt ad xpiſtum·

## CAPIT ·V·

Videns autē
hieſus tur
bas aſcen=
dit in mon
tem·Et cum ſediſſet
acceſſerunt ad eum
diſcipuli eius·et ape=
riens os ſuum doce=
bat eos dicens Beati
pauperes ſpiritu·qm̄
ipſorum eſt regnum
celorum·

Chr·ſuper matheū
Omnis artifex (ſm p̄
feſſionem ſuam) opor
tunitatem opis vi=
dens gaudet·Carpē
tarius enī ſi viderit
arborem bonam con
cupiſcit eam precidē
ad opus artificij ſui·
Et ſacerdos cum vide
rit eccleſiam plenam
gaudet animus eius
et delectatur vt do/
ceat Sic et dominus
videns magnam con
gregacionē populi
excitatus eſt ad docē
dum·Vnde dicit Vi
dens autem turbas
hieſus aſcendit in mō
tem· Aug9·de con·euan·Vel hic poteſt videri
multas turbas vitare voluiſſe et ob hoc aſcendiſ=
ſe in montem vt ſolis diſcipulis loquētur Chr·
in ome·Per hoc autem q̄ non in ciuitate et foro·
ſ3 in monte et ſolitudine ſedit·erudiuit nos nihil
ad oſtentacionem facē et a tumultibus abſcedere
et maxime cum de neceſſarijs diſputare oporteat
Remigius·Hic enī ſciendum eſt q̄ tria refugia
legitur dominus habuiſſe·nauim·montem et de=
ſertum·ad quorū alterum quocienſcunq3 a turbis op
primebatur conſcendebat Hiero·Nonnulli autē
ſimpliciorum fratrum putant dominum ea que ſe
quuntur in oliueti monte docuiſſe·quod nequaq̄
ita eſt·Ex precedentibus enī et ſequentibus in ga
lilea monſtratur locus quem putamus eſſe vel ta
bor vel quemlibet alium montem excelſum Chr
ſuper math·Aſcendit autem in montem primo q̄=
dem vt impleret ppheciam yſaie dicentis·Super
montem aſcende tu· Deinde vt oſtendat quo=
niā in altitudine ſpiritalium virtutum conſiſtere
dr·qui docet dei iuſticiam pariter et qui audit Ne
mo enī poteſt in valle ſtare et de monte loqui·Si
in terra ſtas de terra loquē·Si autem de celo lo
queris in celo conſiſte·Vel aſcendit in montē·vt
oſtendat q̄ omnis qui vult diſcē miſteria verita
tis in montem eccleſie d3 aſcendere·de quo ppha
Mons dei mons pinguis· Hyla·vel aſcendit in
montem·q2 in paterne maieſtatis celſitudine po
ſitus celeſtis vite precepta conſtituit Aug·de
ſer·dn̄i in monte·Vel aſcendit in montem vt ſigni
ficet quia minora erant precepta iuſticie que a do
data ſunt per pphetas populo iudeorum·quē ti
more adhuc alligari oportebat·Per filium autē
ſuum maiora populo quem caritate iam ouenerat
liberari·Sequitur·Et cum ſediſſet acceſſerunt ad
eum diſcipuli eius Hiero·ideo autem non ſtans
ſ3 ſedens loquitur·q2 non poterant eum intelligē
in ſua maieſtate fulgentem Aug·in ſer·domini ī
monte·Vel q̄ ſedens docebat·pertinet ad digni
tatem magiſtri·acceſſerunt autem ad eum diſcipu
li eius·vt audiendis verbis illius hij eſſent in cor
pore viciniores·qui preceptis implendis animo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

approꝑinquabant Rab· miſtice autem ſeſſio dñi incarnacio eius eſt· quia niſi dominus incarnatus eſſet humanum genus ad eum accedē non potuiſſꝫ

Aug· de con· euan· Mouet autem quod matheꝰ in monte dicit hunc habitum eſſe ſermonem a dño ſedente· Lucas autem in loco campeſtri a domino ſtante· Hec igitur diuerſitas facit videri alium fuiſſe illum· alium iſtum· Quid enī prohibet xpiſtū quedam alibi repetē· que ante iam dixerat ꝛ aut iterum facē que ante iam fecerat· Quamq̄ etiam poſſit illud occurrē in aliqua excellenciore parte montis· primo cum ſolis diſcipulis dominum fuiſſe· qn̄ ex eis duodecim elegit· Deinde cum eis deſcendiſſe non de monte ſꝫ de ipā montis celſitudie· campeſtrem locum· id eſt in aliquam equalitatem que in latē montis erat· et multos capē poterat· atqꝫ ibi ſtetiſſe donec ad eum turbe ꝯgregarent̄ ac poſtea cum ſediſſet acceſſiſſe ꝓpinquius diſcipulos eius· atqꝫ ita illis ceteriſqꝫ turbis pn̄tibus vnum habuiſſe ſermonem· quem matheus lucaſqꝫ narrant· diuerſo narrandi modo· ſꝫ eadeꝫ veritate rerum Gre· iiij· mora· Sublimia autem ꝑcepta domino in monte dicturo premittitur· Et apiens os ſuum docebat eos qui dudum aperuerat ora ꝓphetarum Remig· Vbicunqꝫ autem legitur dn̄s aperuiſſe os· inſpiciendum eſt quia magna ſunt q̄ ſequuntur Aug· de ſer· domini in monte Vel dic̄ aperiens os ſuum vt ipā mora commendet aliq̄to longiorem futurum eſſe ſermonem Chr· in ome· Vel hoc dicit vt diſcas qn̄ nunc quidem docebat os aperiens in loquendo· nunc autem vocem que eſt ab operibus emittens Aug· in ſer· dn̄i i mon· Siquis autem pie ſobrieqꝫ conſiderauerit inueniet i hoc ſermone q̄tum ad mores oportunos ꝑtinet perfectum ꝛ vite xp̄iane modū vnde ſic ipē ſermo ꝯcluditur· Omnis qui audit verba mea hec ꝛ facit ea ſimilabo eum viro ſapienti Aug· xi· de ciui· dei· nulla autem eſt cauſa philoſophandi niſi finis boni Qd autem beatum facit ipē eſt finis boni· et ideo a beatitudine incipit dicens· Btī pauperes ſpū Aug· in ſer· domini in monte· preſūpcio quidem ſpūs audaciam et ſuperbiam ſignificat· Vulgo etiam magnum ſpm̄ ſuperbi habē dicuntur· et recte· ſiquidem ſpūs ventus vocatur· quis vero neſciat ſuperbos inflatos dici· quaſi vento diſtentos· Quapꝓpter recte hic intelliguntur pauperes ſpū· humiles et timentes deum· id eſt non habentes inflantem ſpm̄ Chr· in ome· Vel ſpm̄ hic elationem et animum dicit· Qd enī ſunt multi humiles nolentes rerum neceſſitate coacti non eſt laus· Vnde illos beatificat qui ſe ex elacione humiliant Ideo autem hic incipit· radicitus euellēs ſuperbiam· quia hec fuit radix et fons malicie vniuerſe· ꝯtra quam ponit humilitatem· velut quoddam ſtabile fundamentum· qua ſubiecta cum ſtabilitate alia ſuperedificantur· Hac aūt deſtructa pereunt quecunqꝫ congregaueris bona· Chri· ſuper math· Ideo autem non dixit manifeſte· btī humiles ſpū· vt ſic humiles oſtendat· vt ſemper adiutorium dei ſint meditantes Vnde in greco dr̄ Beati mendici vel egeni· Sunt enī multi naturaliter humiles et non ex fide· qui non pulſant adiutoriū dei· ſꝫ ſolum qui ſm̄ fidem ſunt humiles Chri· in om· Vel q: paupes ſpū· hic dicit formidantes ꝛ trementes dei iuſſiones· quō dominus per yſaiam commendat· Quid autem amplius q̄ ſimpliciter humiles· humilium enī hic quidem mediocriter ē hic autem ſuperhabundanter· Augꝰ· Superbi ḡ appetant regna terrarum· ſꝫ humilium eſt regnum celorum Chr· ſuper math· ſiquidem ſicut cetera vicia deponunt ad inferos· maxime tn̄ ſuperbia· Sic et omnes virtutes inducunt in regnū celoꝝ maxime tn̄ humilitas· quia ꝓpriū eſt· vt qui ſe humiliet exaltetur Hiero· vel beati pauperes ſpū· qui ſcꝫ ꝓpter ſpm̄ſanctum voluntarie ſūt paupes

Ambro· de offi· Inde autem incipit beatitudo iudicio diuino· vbi erumna eſtimatur humano· Glo· Pauperibus autem in pn̄ti conuenienter ꝓmittuntur diuicie celi

## Beati mites· qm̄ ipſi terram poſſidebunt·

Ambr· ſup lucam Cū ſimplicitate cō tentus fuero inops· ſupereſt vt mores meos temperem· Quid enī mihi prodeſt carere ſecularibus niſi fuero mitis· Congrue igitur ſequitur· Beati mites Aug· Mites ſunt qui cedunt improbitatibus· et non reſiſtunt in malo ſed vincunt in bono malum· Ambr· ſuper lucam· Mitiga ḡ affectum tuum vt non iraſcaris· aut certe iratus ne peccaueris· Preclarum eſt enim motum tpare conſilio· nec minoris virtutis dr̄ prohibere iracundiam q̄ omnino non iraſci· cum plerumqꝫ iſtud leuius hoc forcius eſtimetur Rixentur igitur immites· et dimicent pro terrenis et tpalibus rebus· Sed beati mites qm̄ ipī hereditabunt terraꝫ de qua euelli non poſſunt· Illam inquam terram· de qua in pſ· dr̄· Porcio mea in terra viuencium Significat enī quandam ſtabilitatem hēditatis perpetue· vbi anima per bonum affectum tanq̄ in loco ſuo requieſcit· ſicut corpus in terra· Et inde cibo ſuo alitur· ſicut corpꝰ ex terra· ipā eſt requies et vita ſanctorum· Chr· ſuper math· Vel terra hic (ſicut quidaꝫ dicunt) q̄diu eſt in hoc ſtatu terra mortuorum eſt· quia vanitati ſubiecta eſt· Cū autem liberata fuerit de corruptione fit terra viuorum· vt mortales hereditent immortalem· Alterum exponentem legi quaſi celum in quo habitꝰi ſunt ſancti dicatur terra viuorum· quod quantum ad inferiorem regionem celum eſt· quantum autē ad ſuperius celum dr̄ terra· Alij dicunt quia corpus noſtrum terra eſt· et q̄diu ſubiacet morti terra eſt mortuorum· Cum autem fuerit ꝯforme ſcdm glorie corpis xp̄i erit terra viuoꝝ· Hyla· Vel hēditatem terre mitibus dominus pollicetur· id eſt eius corporis quod ipē aſſumpſit habitaculū q: per manſuetudinem mentis noſtre habitat xp̄s in nobis· nos qꝫ clarificati corporis eius glīa veſciemur· Chr· in ome· Vel aliter· xp̄s hic ſpūalibus ſenſibilia immiſcuit· Qm̄ enī eſtimatur qui mitis ē omnia ſua perdere· ꝯtrarium promittit dicens· q͛ cum ſtabilitate ſua poſſidet· qui non eſt ꝓteruus Qui autem alr̄ eſt multociens animam ꝛ hēditatē paternam perdit· Quia vero propheta dixerat· Manſueti hereditabunt terram· a ꝯſuetis verbis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conterit ſermonem· Glo· mites etiam qui ſeipos poſſederunt· hereditatem patris in futuro poſſidebunt· Plus autem eſt poſſidere terram q̄m h̄re regnum celorum· Multa em̄ habemus que ſtatim ammittimus

Ambr· ſup lucam Cum hoc feceris· vt ſcꝫ ſis pauper et mitis mementoqꝫ peccator es lugeto peccata· Vn̄ ſequitur· Beati qui

**Beati qui lugent q̄m ipſi conſolabuntur ·**

lugent· Et b̄n tercia benedictio eſt peccata deflentis· quia trinitas eſt que peccata ↄdonat Hyla· Lugentes em̄ hic dicuntur non orbitates· aut cōtumelias aut damna merentes · ſꝫ peccata vetera flentes Chr· ſuper math· Et qui ſua quidē peccata lugent beati ſunt · ſꝫ mediocriter· Beatiores quidem ſunt qui aliena lugent peccata· t̄les conuenit eſſe omnes doctores Hiero· luctus em̄ hic non mortuorum ponitur omium lege nature · ſed peccatis et vicijs mortuorum· Sic fleuit Samuel ſaulem· et paulus eos qui poſt immundiciam penitenciam non egerunt Chr· ſuper math· Cum aūt ↄſolacio ſit lugencium ceſſacio luctus· qui ſua peccata lugent· conſolabuntur in dulgentiā ↄſecuti Chr· in ome· et licet talibus ſufficiat venia frui non terminat retribucionem in peccatorum remiſſionem· ſꝫ et multarum facit participes ↄſolationum et hic et in futuro Semper em̄ maiores laboribus deus dat retributiones· Chri· ſuper math· Qui vero aliena peccata lugent conſolabuntur· qui cū in ſeculo illo prouidentiam cognouerint dei et intellexerint q̄ qui perierunt non fuerunt di· de c⁹ manu nemo rapere poteſt· de eis luctu derelicto in ſua beatitudine letabuntur Vel alit̄ Aug in ſer· domini in monte Luctus eſt triſticia de amiſſione carorum · Conuerſi autem ad deum ea que in hoc mundo cara habebant amittunt· non em̄ gaudent his rebus quibus ante gaudebant et donec fiat in illis amor eternorum· nonnulla meſticia ſauciantur Conſolabuntur ergo ſpūſancto qui maxime propterea paraclitus nominatur id eſt conſolator· vt tpalē amittentes eterna leticia perfruantur Et iō dicit q̄m ipi conſolabuntur· Glo· vel per luctum duo genera compunctionis intelliguntur· ſcꝫ pro miſerijs huius mundi· et pro deſiderio celeſtium· vn̄ filia caleph petiuit irriguum· ſuperius et inferi⁹ hmōi autem luctus non habet niſi pauper et mitis· qui cum mundum non diligat· q̄ miſer eſt · recognoſcit· et ideo celum concupiſcit· conuenienter ergo lugentibus promittitur conſolacio· vt qui triſtatus eſt in pn̄ti gaudet in futuro Maior eſt aūt retribucio lugentis q̄ pauperis et mitis Plus· n· eſt gaudē in regno q̄m habē et poſſidē Multa· n· cum dolore poſſidemus Chr· in ome· Notandum autem q̄ hanc beatitudinem cum intencione quadam ↄpoſuit· ideo non dixit qui triſtātur· ſed qui lugent· in quo etiam perfectionis ſapiencie magiſterium dedit· Si em̄ qui filios vel alios defunctos lugent· ſm illud tempus non deſiderant pecuniam nec gloriam· nec conuicijs exacuuntur· neqꝫ aliqua alia paſſione capiuntur· Multomagis hec ſeruare dn̄t qui lugent ſua peccata

**Beati qui eſuriunt et ſiciunt iuſticiam quoniā ipi ſaturabuntur**

Ambro· ſuper lucam Poſtq̄ delicta defleui· eſurire incipio et ſitire iuſticiam· eger enim cum in graui morbo eſt non eſurit Vn̄ ſequitur· Beati qui eſuriunt et ſiciunt iuſticiam Hiero Non nobis ſufficit velle iuſticiam· niſi iuſticie paciamur famem vt ſub hoc exemplo nunq̄m nos ſatis iuſtos· ſꝫ ſp eſurire iuſticie opa intelligamus Chr· ſuper matheum Quoniam omne bonum quod non ex amore ipius boni faciunt homines ingratum eſt ante deū· Eſurit autem iuſticiam qui ſm iuſticiam dei deſiderat conuerſari· Sitit autem iuſticiam qui ſcienciam e⁹ acquirē cupit Chr· in ome· Iuſticiam autē dicit vel vniuerſalem vel particularem auaricie ↄtrariam· quia em̄ de miſericordia dicturus erat· premonſtrat qualiter miſereri oporteat · quia non ex rapina neqꝫ ex auaricia · vnde etiam quod eſt auaricie ꝓprium ſcꝫ eſurire et ſitire iuſticie attribuit· Hyla· Sicientibus autem et eſurientibus iuſticiam beatitudinem tribuit ſignificans extenſam in dei doctrinam ſanctorum auiditatem perfecta in celo ſacietate repleri· Et hoc eſt quod dr· q̄m ipi ſaturabuntur Chr · ſuper math · ſcꝫ largitate remunerantis dei · quoniam maiora erunt premia dei q̄m ſanctorum deſideria Aug· Vel illo cibo ſaturabuntur in pn̄ti· de quo dominus dicit Me⁹ cib⁹ eſt vt faciā voluntatem pr̄is mei · quod eſt iuſticia et illa aqua de qua quiſqꝫ biberit · fiet ei fons aq̄ ſalientis in vitam eternam Chr· in ome· Vel in hoc terrenum premium determinat · qꝫ em̄ eſtimatur auaricia abundantes facē· Ipſe contrarium dicit· q̄ iuſticia hoc operatur· Qui em̄ iuſticiam cupit· omnia cum ſtabilitate hꝫ

Glo· Iuſticia et miſericordia ita coniuncte ſunt vt altera ab altera debeat tpari· iuſticia em̄ ſine mīa crudelitas ē· mīa ſine iuſticia diſſolucio· vn̄

**Beati miſericordes · quoniaꝫ ipſi miſericordiam conſequentur ·**

ſi exterſit vocem non ſignificantem aliquid · ſed animi motum ipſa eruptione teſtantem plus eſt quam ſi ira ſurgens ſilencio primeretur · Sed adhuc plus eſt ſi etiam verbum proferatur · quod iam certam vituperacionem deſignat  Chr. ſuper mth. Sicut autem nemo eſt vacuus qui habet ſpiritum ſanctum · ita nemo eſt vacuus qui xpiſtum cognoſcit · Sed ſi racha idem eſt quod vacuus quantum ad ſenſum verbi vnum eſt dicere fatue et racha · ſed differunt quantum ad dicentis propoſitum · racha enim verbum vulgare erat apud iudeos · quod non ex ira neque ex odio · ſed ex aliquo motu vano dicebant magis fiducie cauſa quam iracundie · Sed iracundie cauſa non dicitur quare peccatum eſt · quia contencionis cauſa dicitur non edificationis · Si enim nec bonum verbum dicere debemus niſi pro edificatione · quanto magis illud quod in ſe naturaliter malum eſt ·  Aug9 · vide etiam nunc tres reatus · iudicij · concilij et gehenne ignis · in quibus quoſdam gradus factos admonet a leuioribus ad grauiora · nam in iudicio adhuc defenſionis locus datur · ad concilium autem pertinere videtur ſentencie prolacio · quando inter ſe iudices conferunt · quo ſupplicio dampnari oporteat · In gehenna vero ignis certa eſt dampnatio et pena dampnati · Vnde patet quantum interſit inter iuſticiam phariſeorum et xpi · Ibi enim occidentem reum facit iudicio · Hic autem ira facit reum iudicio · quod horum trium leuiſſimum  Rab. Gehennam hic ſaluator inferni cruciatum nominat · quam nomen traxiſſe putant a valle idolis conſecrata que eſt iuxta hieruſalem repleta olim cadaueribus · quam et ioſiam contaminaſſe in libro regum legimus  Chr. in omelia · Hic autem primum gehenne nomen poſuit · poſtquam de regno celorum ſupra dixerat · oſtendens quod illud dare eſt ex ſuo amore · hoc autem ex noſtra deſidia Multis autem hoc graue videtur · ſi pro ſolo verbo tantam paciemur penam · propter quod quidam dicunt hoc hyperbolice dictum eſſe Sed timeo ne verbis hic noſmetipſos decipientes illic ope vltimum paciamur ſupplicium · Non ergo eſtimes hoc eſſe onerosum · plures enim penarum et peccatorum a verbis habent principium · etenim parua verba multociens homicidium pepererunt et ciuitates integras euerterunt · nec enim paruum eſtimes fratrem ſtultum vocare · auferens ei prudenciam et intellectum quo homines ſumus et ab irrationabilibus diſtamus  Chr. ſuper math · Vel reus erit concilio · id eſt vt ſit vnus ex concilio eorum qui aduerſus xpiſtum fuerint ſicut apoſtoli in ſuis canonibus interpretantur ·  Hylarius Vel qui ſpiritu ſancto plenum conuicio vacuitatis inſinuat fit reus conſilio ſanctorum contumeliam ſpiritus ſancti ſanctorum iudicium animaduerſione luiturus  Aug9 · Quiſquis autem dixerit · quo grauiori ſupplicio punitur homicidium ſi gehenna ignis punitur conuicium · cogit intelligi eſſe differenciam gehennarum  Chr. in om. Vel iudicium et concilium ſunt pene in preſenti gehenna autem pena futura · Ideo autem ire iudicium appoſuit · vt oſtendat quod non eſt poſſibile hominem totaliter eſſe ſine paſſionibus · ſed refrenare eas poſſibile eſt · et propterea determinatam penam non appoſuit · ne videretur totaliter iram prohibere · Concilium autem poſuit nunc pro iudicio iudeorum · ne videatur ſemper noua inducere  Aug9 · In iſtis autem tribus ſentencijs ſubaudicio verborum intuenda eſt · habet enim prima ſentencia omnia verba neceſſaria vt nihil ſubaudiatur · Qui iraſcitur inquit fratri ſine cauſa · ſecundum quoſdam · In ſecunda vero · cum ait · Qui autem dixerit fratri ſuo racha · ſubauditur ſine cauſa · nam in tercia vt ait Qui autem dixerit fatue duo ſubaudiuntur · fratri ſuo et ſine cauſa · et hoc eſt vnde defenditur · quod apoſtolus galathas vocat ſtultos quos etiam fratres nominat · non enim id facit ſine cauſa ·

**Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te · relinque ibi munus tuum ante altare · et vade prius reconciliare fratri tuo · et tunc veniens offeres munus tuum**

Aug · Si iraſci non eſt phas fratri · aut dicere racha · aut fatue · multo minus in animo tenere aliquid vt in odium indignacio conuertatur · et ideo ſubdit · Si ergo offers munus tuum ad altare · et ibi recordatus fueris · quia frater tuus habet aliquid aduerſum te  Hiero · non dixit ſi tu habes aliquid aduerſus fratrem tuum ſed ſi frater tuus habet aliquod aduerſum te · vt durior tibi reconciliacionis imponatur neceſſitas  Aug9 · Tunc enim ipſe habet aduerſus nos · ſi nos eum in aliquo leſimus · Nam nos aduerſus illum habemus · ſi ille nos leſerit · vbi non eſt opus pergere ad reconciliacionem · Non enim veniam poſtulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam · ſed tantum dimittas ſicut tibi a domino dimitti cupis quod ipſe commiſeris  Chr. ſuper math · Si autem illa te leſerit · et prius rogaueris magnam habebis mercedem · Chr. in ome · Sed ſi aliquis propter amorem proximi ei reconciliari non curat · ad hoc eum inducit vt ſaltem eius opus non remaneat imperfectum · et precipue in loco ſacro · Vnde ſubdit · Relinque ibi munus tuum ante altare · et vade prius reconciliari fratri tuo  Chr. ſuper math · Ecce a diſcordantibus accipere non vult ſacrificium · Hinc ergo perpendite quantum ſit malum diſcordie · propter quod et illud abijcitur per quod culpa relaxatur · Vide autem miſericordiam dei quomodo hominum vtilitates amplius aſpicit quam ſuos honores · plus enim diligit concordiam fidelium quam munera · quamdiu enim fideles homines aliquam diſſenſionem habuerint · munus eorum non ſuſcipitur · oracio enim non exauditur · Nemo enim inter duos inimicos poteſt eſſe fidelis amicus amborum · Ideo et deus non vult eſſe amicus fidelium quamdiu fuerint inter ſe inimici · Et nos ergo fidem deo non ſeruamus ſi inimicos eius diligimus · et amicos eius odimus · Qualis autem preceſſit offenſio · talis debet ſequi reconciliatio · Si cogitatu offendiſti · cogitatu reconciliare · Si verbis offendiſti · verbis reconciliare Si operibus offendiſti · operibus reconciliare · Omne enim peccatum quomodo committitur · eomodo de ipſo penitencia agitur ·  Hyla · Reconciliata autem humana pace reuerti in diuina

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſubet in dei caritatem de caritate hominum tran=
ſituros·Et ideo ſequitur·Et tunc veniens offeres
munus tuum Aug⁹·Si autem quod hic dr acci
piatur ad litteram·fortaſſis aliquis credit ita fi/
eri oportere ſi frater ſit preſens· non em̄ diucius
differri poteſt·cum munus tuum relinquere ante
altare iubearis Si vero de abſente·et qd fieri pt
etiam tranſmare·conſtituto aliquid tale veniat ī
mentem abſurdum eſt credere ante altare munus
relinquendum·quod poſt ťras et maria pertrata
offeras deo·et ideo prorſus intro ad ſpiritalia re
fugere cogimur·vt (quod dictum eſt) ſine abſur/
ditate poſſit intelligi·Altare itaqȝ ſpiritalē fidez
accipere poſſumus·Munus em̄ quod offerimus
deo·ſiue doctrina·ſiue oracio·vel quicquid aliud
deo acceptum eſſe non poteſt·niſi fide fulciatur·
Si gͦ frēm in aliquo leſimus ꝑgendum eſt ad recō
ciliationem·non pedibus corporis·ſȝ motib⁹ ani·
vbi te humili affectu proſternas frēm in conſpectu
eius·cui munus es oblaturus·Ita em̄ et ſi preſens
ſit poterit eum non ſimulato animo lenire veniā
poſtulando·atqȝ inde veniens id eſt intencionem
reuocans ad id quod agere ceperat·offeras mu=
nus tuum·

**Eſto conſenciens ad=
uerſario tuo cito dum
es in via cum eo·ne
forte tradat te aduer
ſarius iudici·et iudex
tradat te miniſtro et
in carcerem mittaris
Amen dico tibi·non
exias inde donec no=
uiſſimum reddas qua
drantem·**

Hyla·qz nullum
tp̄s vacuum affectum
placabilitatis dn̄s eē
permittit cito invite
noſtre via reconcilia
ri nos aduerſario p̄=
cepit ne in mortis tē
pus non inita pace
tranſeamus·Et ideo
dicit·Eſto ꝯſenciens
aduerſario tuo·cito
dum es cum eo in via
ne forte tradat te ad
uerſarius iudici·
Hiero·pro eo q̄ nos
habemus in latinis
codicibus ꝯſenciens·
in grecis ſcriptum
eſt Synocon·quod interpretatur beniuolus aut
benignus Aug⁹·Sed videamus quis ſit aduerſa
rius·cui iubemur eſſe beniuoli·aut em̄ dyabolus
eſt aut homo·aut caro·aut deus·aut preceptū e⁹
Sed dyabolo non video qualr̄ iubeamur eſſe beni
uoli aut ꝯſencientes·Vbi em̄ beniuolencia ibi ami
cicia·nec quiſq̄ȝ dixerit amiciciam cum diabolo eſſe
faciendam neqȝ ꝯcordare·cum illi expedit cui ſeī
renunciando bellum indiximus·neqȝ conſentire illi
dȝ·cui ſi nunq̄ȝ ꝯſenſiſſemus·nunq̄ȝ in iſtas incidi=
ſſemus materias· Hiero·quidam tn̄ dicunt a ſal
uatore precipi vt ſimus beniuoli erga dyabolum
ne faciamus eum penam ſuſtinere pro nobis·quez
dicunt ꝓ nobis eſſe torquendum·ſi ei ꝯſenſerim⁹
vicia ſuggerenti quidaȝ caucius diſputant in bap
tiſmate ſingulos pactum inire cum dyabolo ei ab=
renunciando Si gͦ ſeruauerimus pactum beniuoli
et ꝯſencientes ſumus aduerſario et nequaquaȝ in
carcere recludendi· Aug·non autem video quō
accipiam ab homine nos iudici tradi·vbi xp̄m iu/
dicem intelligo·ante cuius tribunal omnes exhi=
beri oportet·Quō autem iudici traditurus eſt qui
ante iudicem pariter exhibetur·et etiam ſi occidē
do quis nocuerit homini·non erit iam temp⁹ quo
ꝯcordet cum eo in via·id eſt in hac vita·nec tamē
ideo non ſanabitur penitendo·Carni vero multo
minus video·quomodo ꝯſencientes eſſe iubeam̄·
magis em̄ peccatores ei ꝯſenciunt·Qui vero ſer
uituti eam ſubiiciunt non ei conſenciunt ſȝ eam ſibi
conſentire cogunt Hiero·Quō etiam caro mittē
da erat in carcerem ſi anime non conſenſerit cum
anima et caro pariter recludende ſint·nec quicq̄ȝ
poſſit caro facere niſi quod animus imperauerit
Aug·fortaſſis gͦ iubemur ideo conſentire quia
peccando receſſimus vt aduerſarius noſter dici po
ſſit·dum nobis reſiſtit·Deus em̄ ſuperbis reſiſtit
Quiſquis gͦ in hac vita non fuerit reconciliat⁹ deo
per mortem filij eius tradetur ab illo iudici·id eſt
filio cui pater iudicium dedit Quomodo autez pt
recte dici homo eſſe in via cum deo·niſi quia deus
vbiqȝ eſt·aut ſi non placet dici impios eſſe cū deo
qui vbiqȝ preſto eſt·ſicut non dicimus cecos eſſe
cum luce·que eos circumfundit·Vnum reliquum
eſt vt hic aduerſarium preceptū dei intelligam⁹
quod aduerſatur peccare volentibus·et datum ē
nobis ad hanc vitam·vt ſit nobiſcum in via·cui
oportet nos conſentire cito·legendo·preaudiēdo
defēndo ei culmē autoritatis vt q̄ aliqs intelligit
non oderit ꝓpter hoc q̄ aduerſatur peccatis ſuis·
ſȝ magis diligat ꝓpter correctionem·Quod vero
obſcurum eſt·oret vt intelligat· Hiero·Sed ex
precedentibus manifeſtus eſt ſenſus·q̄ dominus
nos ad ꝯcordiam proximi cohortatur·ſtaȝ ē dēm
eſt·Vade reconciliari fratri tuo Chr·ſup math·
Feſtinat em̄ dominus·vt ad amiciciam feſtinemus
inimicorum noſtrorum q̄mdiu viuimus in hac vi/
ta·ſciens q̄m periculoſum eſt ſi vnus ex inimicis pa
ce non facta mortuus fuerit Si em̄ inimicantes ꝑ
mortem iueritis ante iudicem tradet xp̄o ꝯuincēs
te reum iudicio eius·Tradet autem te iudici etiaȝ
ſi te prius rogauerit·Qui em̄ rogat prius inimi=
cum·reum facit eum ante deum Hyla·vel aduer
ſarius tradet vos iudici·quia manens in eum ſimul
tatis veſtre ira vos arguit· Aug·iudicem intel
ligo xp̄m·pater em̄ omne iudicium dedit filio·mi=
niſtrum autem intelligo angelum·et angeli inq̄t
miniſtrabant ei·et cum angelis ſuis venturum cre
dimus ad iudicandum Vnde ſequitur et iudex tē dat
te miniſtro Chr·vel miniſtro id eſt angelo pe=
narum crudeli·et ille mittet te in carcerem gehē
ne·Vnde ſequitur·Et in carcerem mittaris Aug
Carcerem autem intelligo penas videlȝ tenebra=
rum·Et ne quis iſtum carcerem contemneret·ſeq̄
tur·Amen dico tibi·non exies inde donec reddas
nouiſſimum quadrantem Hiero·quadrans gen⁹
nummi eſt·quod habet duo minuta·hoc eſt gͦ nō
egredieris de carcere donec etiaȝ minuta peccata
perſoluas· Aug⁹ aut em̄ pro eo poſitum eſt q̄
nihil relinquitur impunitum·ſicut cum volumus
exprimere aliquid ita exactum vt nihil relinque=
retur·dicimus vſqȝ ad fecem·Vel ſignificanť ſub
nomine quadrantis nouiſſimi terrena peccata·
Quarta em̄ pars elementorum huius mundi et ea

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nouiſſima terra inuenitur In hoc autem q̄d dictū eſt ſoluas· ſignificatur pena eterna· Sicut aūt poſitum eſt· donec vbi dictū eſt· Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſub pedibus tuis Nō enī cum fuerint inimici ſub pedibus poſiti deſinit regnare· Sic et hic accipi poteſt· Non exies inde donec ſolueris nouiſſimum quadrantem ſꝑ non exiturum· quia ſoluet ſꝑ nouiſſimum quadrantez· dū ſempiternas penas peccatorum terrenorum luit·
Chr· ſuper mathe· Vel ſiquidem in hoc ſeculo ſi pacem feciſſes eē grauiſſimi operis potis accipe indulgenciam· Si autem ſemel condemnatus fueris miſſus in carcerem non ſolum de grauibus peccatis· ſꝫ etiam de verbo ocioſo· quod pt̄ ſignificari ꝑ quadrantem· exigentur a te ſupplicia· Hyla· qz enī caritas plurimum peccatorum tegit nouiſſimū pene quadrantem ſoluemus· niſi precio ipſius culpa criminum redimatur· Chr· ſuper math· Vel anguſtie huius mūdi appellantur carcer· in quas plerumqꝫ peccantes mittuntur a deo Chr· i om· Vel loquitur hic de iudicibus qui ſunt in mundo iſto· et de via que eſt ad hoc iudicium· et de carcē iſto· vt non ſolum a futuris ſꝫ a p̄ntibus auditorē inducat que ſunt ante oculos· et magis ꝯſueuerūt mouere· ſicut et paulus dicit· Si malefeceris· time poteſtatem· non enī ſine cauſa gladium portat·

**Audiſtis quia dictum eſt antiquis· non mechaberis· Ego autez dico vobis· quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiſcē dum eam iam mechatus eſt eam in corde ſuo·**

Chr· in ome· poſtq̄ dn̄s primum mandatum adimpleuit· ſcꝫ non occides· ordinate procedit ad ſcd̄m dicens· Audiſtis· qz dictum eſt antiquis non mechaberis· Aug· de x· chordis· id eſt non ibis ad aliquam aliam· preter vxorem tuam· ſi enim hoc exigis ab vxore· non vis hoc reddē vxori· cum debeas in virtute precedere vxorem· Turpe autem eſt vt vir dicat· non poſſe fieri q̄d femina facit vir non poteſt· Noli autem dicere· Vxorem non habeo ad meretricem pergo· nec hoc preceptum violo quod d̄r· non mechaberis· iam enim noſti precium tuum· iam noſti quid manduces· q̄d bibas· Abſtine ḡ te a fornicationibus· Cum enim imaginem dei (quod es tu) corrumpis· per fornicaciones et defluencias libidinis· ipſe eciam dn̄s q̄ ſcit quid tibi ſit vtile hoc preceptum· ne per illicitas voluptates corruat templum eius quod eſſe cepiſti Aug· ꝯtra fauſtum· ſꝫ qm̄ putabant phariſei tm̄modo corporalem cum femina illicitaꝫ cō/mixcionem vocari mechiam· demonſtrauit dominꝰ talem ꝯcupiſcenciam nihil aliud eſſe dicens· Ego autem dico vobis· qz Oīs qui viderit mulierē ad ꝯcupiſcendum eam· iam mechatus eſt eā in corde· Q̄d autem lex precipit non ꝯcupiſces vxorem proximi tui videbatur iudeis intelligendum eſſe de ablatione non de concubitu Hiero· Inter paſſionez et ꝓpaſſionem hoc intereſt q̄ paſſio reputatur ꝓ vicio· Propaſſio lꝫ vicij culpam habeat· tn̄ non tenetur in crimine· Ergo qui viderit mulierem et aīa eius fuerit titillata· hic ꝓpaſſione percuſſus eſt Si ḡ ꝯſenſerit· de ꝓpaſſione tranſiuit ad paſſionem· et huic non voluntas peccati eſt· ſꝫ occaſio· Quicunqꝫ igitur viderit ad concupiſcendum· id ē ſi ſic aſpexerit vt concupiſcat et facere diſponat· iſte recte mechatus d̄r in corde ſuo Augꝰ· Nam tria ſunt quibꝰ impletur peccatum· ſcꝫ ſuggeſtio que per memoriam fit· ſiue per corporis ſenſus· quod ſi frui delectauerit· delectacio illicita refrenanda eſt· Si aūt conſenſio facta fuerit plenū peccatum eſt· verumtn̄ delectacio ante ꝯſuetudinē vel nulla eſt vel tenuis· cui conſentire peccatum ē Si autem et in factum proceſſerit· videtur ſaciari et extingui cupiditas· Sed poſtea cum ſuggeſtio repetitur· maior accenditur d̄lectacio que adhuc minor eſt q̄ illa que in ꝯſuetudinem vertitur quā vincere difficile eſt· Grego· xxi· mora· Quiſquis vero incaute exterius reſpicit· plurimumqꝫ in delectacione peccati cadit atqꝫ obligatus deſiderijs incipit velle quod noluit· Valde nanqꝫ eſt q̄ caro deorſum trahit· et ſemel ſpecies forme cordi per oculos alligata· vix magni luctaminis manu ſoluitur· Prouidendum ergo nobis eſt· qz intueri non dꝫ quod non licet ꝯcupiſci· Vt ḡ munda mens in cogitacione ſeruetur· a laſciuia voluptatis ſue deprimendi ſunt oculi quaſi quidam raptores ad culpam Chr· in om· Si ḡ ꝯtinue velis oculos pulcris faciebus infigere· capieris omnino· et ſi bis vel ter· fortaſſis poſſis continere· non enī es extͣ humanam naturam Qui autem flammam ſemel accendit etiam viſa muliere abſente format apud ſe imaginem turpium actionum· a quibus multociēs procedit ad opus Q̄d ſi aliqua ſe ornando oculos hominum ad ſe attraxerit· etiam ſi nulli plagaꝫ intulerit penam pacietur extremam Venenum enim fecit· et ſi nullus qui bibat inuentus ſit· Quod aūt viris dicit hoc etiam ad feminas loquitur· Capiti enim loquens et corpori perſuadet·

**Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te erue eum ⁊ proijce eū abſ te· expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum q̄ totum corpus tuū mittatur in gehennā ⁊ ſi dextra manus tua ſcandalizat te abſcinde eam et proijce abſ te· expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum· q̄m totum corpus tuum eat in gehennam·**

Glo· quia non ſolum peccata vitanda ſūt ſꝫ et occaſiones peccatorꝫ tollende· pꝰq̄ docuit vitare mechie peccatum non ſolum in opere ſꝫ etiaꝫ i corde Conſequenter docet occaſiōes peccatorꝫ abſcindere dicens· q̄ ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te Chr· ſuper mathe· Sed ſi (ſm̄ ꝓphetam) non eſt ſanitas in carne noſtra· quot mēbra quis hꝫ· dꝫ abſcindē vt ſm̄ maliciam carnis ſufficiat pena mēbrorum· Sꝫ videamꝰ ſi ſic poſſibile eſt intelligē de oculo corpali· vel manu· ſicut

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Totus homo cum ꝯuerſus fuerit ad deum mortuꝯ
eſt peccato· ſic et oculus cum deſierit male aſpicẽ
eiectus eſt peccato· Sed neq̨ ſic conuenit· Si em̄
dexter oculus ſcandalizat ſiniſter quid facit nunq̄
ꝯtradicit dextro vt quaſi innocens reſeruetur·
Hiero· In dextro ḡ oculo et dextera manu et fra
men et vxoris et liberoꝝ atq̨ affinium et ꝓximoꝝ
innuit affectus· quem ſi ad contemplandam veraȝ
lucem nobis impedimento cernimus· dēmus trun
cari hmōi porciones Aug· Quemadmodum aūt
in oculo ꝯtemplacio· ſic in manu actio recte intel
ligitur· per oculum autem intelligimus dilectiſſi
mum amicum· Solet enim ab eis (qui vehementer
volunt exprimere dilectionem ſuam) ita dici· dili
go eum vt oculum meum· Oportet auteȝ intelligi
per oculum amicum ꝯſiliarium· qꝛ oculus iter de
monſtrat Qd autem additum eſt dexter· fortaſſe
ad augendam vim dilectionis valet· Dextrum em̄
oculum homines magis formidant amittere· vel
quia dexter eſt· intelligitur conſiliarius in rebus
diuinis· Siniſter autem oculus eſt ꝯſiliarius ī re
bus terrenis· vt ſic ille ſit ſenſus· Quicquid illud
eſt quod ita diligis· vt pro dextro oculo habeas·
ſi ſcandalizat te· id eſt ſi impedimento eſt tibi ad
veram beatitudinem eijce eum· et proijce abs te·
De ſiniſtro autem ſcandalizante ſuperfluum erat
dicere· quando quideȝ nec dextero parcendum eſt
Dextera aute manus accipitur dilectus adiutor ī
diuis opibꝯ ſiniſtᷓ aūt ī opibꝯ q̄ huic vite ꝗ corpi ſūt
neceſſaria Chꝛ· ſuper math· Vel aliť vult xp̄s vt
non ſolum de periculo noſtri peccati curemus· ſed
etiam ne ad nos pertinentes turbe aliquid agant
Vtputa ſi habes aliqueȝ amicum qui res tuas bn̄
aſpicit ſicut ꝓprius oculus· aut qui procuret res
tuas quaſi ꝓpria manus· ſi eum agnoueris aliquid
turpiter agere· proijce eum longe abs te qꝛ ſcan
dalizat te· quia non ſolum pro peccato noſtro· ſed
etiam proximorum (quos prohibere poſſumus) da
bimus rationem Hyla· Fit ḡ innocencie gradus
celſior· Carere em̄ non ſolet ꝓprijs vicijs· ſi extrin
ſecus incidentibus ammonemur Hiero· Vel aliť qꝛ
ſupra de concupiſcencia mulieris dixerat· recte
nunc cogitationem ꝗ ſenſum in diuerſa volitantē
oculum nuncupauit Per dexteram aūt et ceteras
corporis partes voluntatis ad effectum inicia de
monſtrantur Chꝛ· ſuper math· Oculus enim iſte
carnalis ſpeculum eſt interioris oculi· Habet aūt
et corpus ſuum ſenſum· quod eſt oculus ſiniſter· ꝗ
appetituȝ quod eſt manus ſiniſtra· Partes aūt aīe
dextre vocantur· qm̄ in libero arbitrio anima eſt
creata· et ſub lege iuſticie vt recte videat et agat
Pars autem corporis que non hȝ liberꝝ arbitriū·
et eſt ſub lege peccati ſiniſtra dr· Non autem car
nis ſenſum vel appetitum precidere iubet· Deſide
ria em̄ carnis retinere poſſumꝯ vt non faciamꝯ qꝺ
deſiderat caro· precidere autem non poſſumus vt
non deſideret· Qm̄ autem ex ꝓpoſito volumus malū
et cogitamus· tunc dexter ſenſus et dextera volun
tas nos ſcandalizant· Et ideo hic precidere iubet
Poſſunt em̄ precidi ꝓpter arbitrij libertatem Vel
aliť· Omne bonum gn̄aliter quod nos vel alios ſcā
dalizat· precidere debemus a nobis· Sicut ſi viſi

to aliquam mulierem cauſa religionis bonus re
ſpectus eſt oculus dexter· ſȝ ſi aſſidue viſitans de
cidi in laqueum deſiderij eius· Vel etiam quidā vi
dentes ſcandalizātur· dexter oculus ſcandalizat·
quod bonum eſt ſcandalizat oculus em̄ dexter eſt
bonus reſpectus id eſt intencio· manus dextra bō
voluntas Glo· vel oculus dexter eſt vita contem
platiua que ſcandalizat in deſidiam mittendo vel
arroganciam Vel cum ex infirmitate contemplari
ad purum non valemus· Dextra autem manus eſt
bona operatio vel vita actiua que ſcandalizat dū
per ſeculi frequencia et occupacionis tedio illaq̄a
mur· Siquis ḡ non poteſt frui contemplatiua n̄
torqueat occaſio ab actiua· Vel nedum occupatur
actibus areſcat ab interna dulcedine Rem· Sed
quare eijciendus ſit dexter oculus· et dextera ma
nus abſcindenda· et manifeſtat cum ſubdit· expe
dit em̄ Chꝛ· ſuper math· Qm̄ em̄ alter alterius
membra ſumus· melius eſt vt ſine vno tali mēbro
ſaluemur· q̄ꝫ vt volentes tales habere et ipi pere
amus cum eis· Vel melius eſt vt ſine vno reſpectu
aut vno bono ope ſaluemur· q̄ꝫ dum omnia opera
bona volumus facere cum omnibꝯ peramus

**Dictum eſt autem· Quicunq̨ dimiſerit vxorem ſuam det illi libellum repudij· ego autem dico vobis· quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam excepta cauſa fornicacionis facit eam mechari ꝗ qui dimiſſam duxerit· adulterat·**

Glo· docuerat ſupe
rius dominus alienaȝ
vxorem non eſſe ꝯcu
piſcendam· ꝯſequenť
hic docet ſuam n̄ eſſe
dimittendam dicens·
Dictum eſt aūt· quiſ
cunq̨ dimiſit vxoreȝ
ſuam det illi libellum
repudij Hiero· In
poſteriori parte iſtū
locum plenius dn̄s ꝗ
ſaluator exponit· q̄ꝫ
moyſes libellum re
pudij dari iuſſerit·
ꝓpter duriciā cordis
maritoꝝ n̄ diſcidiū
concedens· ſȝ auferens homicidium· Chꝛ· ſuper
math· Qm̄ em̄ moyſes filios iſrahel eduxit in egip
to· gn̄e quidem erant iſrahelite· moribus aūt egi
pcij· ꝓpter mores gentilium ꝯtingebat vt vir odi
ret vxorem· et quia dimittere illam non permitte
batur· paratus erat interficere eam· aut aſſidue
affligere· Ideo iuſſit dari libellum repudij· non qꝛ
bonum erat· ſȝ quia remedium erat mali peyoris·
Hyla· Sed dn̄s equitatem in omnes concilians
manere eam maxime in coniugioꝝ pace precepit·
Vnde ſubdit· Ego autem dico vobis· quia omnis
qui dimiſerit vxorem ſuam Aug· contra fauſtū·
Quod hic precepit dominus de vxore non dimit
tenda non eſt ꝯtrarium ei quod lex precipit vt ma
nicheus dicebat· neq̨ em̄ ait lex· Qui voluerit di
mittat vxorem· cui eſſet ꝯtrarium non dimittere·
Sed vtiq̨ nolebat dimitti vxorem a viro· q̄ hanc
interpoſuit moram· vt in diſcidium animus pre
ceps libelli conſcriptione refractus abſiſteret· p̄
ſertim quia (vt perhibent apud hebreos ſcribē
lr̄as hebreas) nulli phas erat niſi ſcribis ſolis qui
excellentiorem profitebantur ſciam· Ad hoc igiť

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ler mittere voluit eum · quem iuſſit libellum dare
repudij ſi dimiſiſſet vxorem · qui inter ipm et vxo
rem pacifice agendo concordiam ſuaderent et li/
bellum non ſcriberent · niſi in aīo nimis peruerſo
oſilium ocordie non valeret Sic ꝗ neqꝫ primoꝝ
hoīm legem per verboꝝ additamenta impleuit ·
neqꝫ illam que per moyſen data eſt · quaſi ꝯtrari
orum oppoſitionem deſtruxit · vt manicheus dice=
bat · ſꝫ pocius omnia ex hebreoꝝ lege ꝯmemorata
ita ꝯmendauit vt quicquid ex perſona ſua inſup
loqueretur vel ad expoſitionem requirendam va
leret · Siquid illa obſcure poſuiſſet vel ad tucius
obſeruandum quod illa voluiſſet · Aug · de ſer ·
do · in mon · Qui ꝗ dimittendi moram queſiuit · ſig
nificauit ꝙ̄tum potuit duris hominibus ſe nolle
diſcidium · Dn̄s ꝗ ad illud ꝯfirmandum vt n̄ facile
vxor dimittatur · ſolam cauſam fornicacionis exce
pit · dicens · excepta cauſa fornicationis · ceteras
vero vniuerſas moleſtias (ſique forte extiterint)
iubet pro fide ꝯiugali fortiter ſuſtineri · Chri ·
ſuper mathe · Si em̄ extraneoꝝ vicia ſupportare
debemus · dicente apoſtolo · inuicem onera veſtra
portate · ꝙ̄tomagis vxorum · vir autem xp̄ianus n̄
ſolum ſe inquinare non dꝫ · ſꝫ nec alijs inquinandi
occaſionē prebere · alioquin illoꝝ crimen ad iſtiꝰ
redundat peccatum · qui alijs cōmittendi criminis
factus eſt cauſa · Qui ꝗ dimittens vxorem occaſio
nem dedit adulteriorum ꝯmittendorum · vt et illa
adulteretur in alterum · et alter in illam pro adul
terijs huiꝰ ꝯdemnatur · Et ideo dicit · ꝙ qui dimi
ſerit vxorem ſuam facit eam mechari Augꝰ · de
ſer · do · in mon · Vlterius etiam mechum dicit viꝝ
qui eam duxerit que dimiſſa eſt a viro · ſcꝫ per li/
bellum repudij · Et ideo ſubdit · et qui dimiſſā du
xerit adulterat Chr · in ome · Non em̄ dicas · qm̄
vir ſuus eā dimiſit · qꝛ etiam poſtꝙ̄ dimiſſa eſt re
manet dimittentis vxor · Aug · de ſer · do · Huiꝰ
autem rei apoſtolus terminum oſ̄dit · qui tamdiu
obſeruandum dicit ꝙ̄diu vir eius viuit · Illo autē
mortuo dat nubendi licenciam · Si autem non ꝯce
ditur alteri nubere mulieri viuente viro a quo re
ceſſit · multominus phas eſt illicita cū quibuſlibꝫ
ſtupra ꝯmittē · neqꝫ etiam ꝯtra iſtud preceptum
quo dn̄s dimitti ꝯiugem vetat · facit · qui cum ea
non carnaliſ ſꝫ ſpiritaliſ viuit · cum non eā dimittat
Beatiora nanqꝫ ſunt ꝯiugia eoꝝ · qui inter ſe pa=
ri ꝯſenſu ꝯtinenciam ſeruant · Oritur autem hic q̄
ſtio · cum dominus cauſa fornicacionis permittat
dimitti vxorem · qualiſ hic intelligenda ſit forni=
cacio · vtrum vt eam fornicacionem credamus di=
ctam que ſtupris ꝯmittitur · an quemadmodum
ſcripture ſolent fornicacionem vocare omnem il
licitam corruptionem · ſicut eſt ydolatria vel aua=
ricia · et omnis iam tranſgreſſio legis per illicitā
ꝯcupiſcenciam · Sed ſi lꝫ (ſꝫm apoſtolum) vt dimit
tatur ꝯiunx infidelis · q̄uis melius ſit non dimit=
tere · et tn̄ n̄ lꝫ (ſꝫm preceptum dn̄i) vt dimittaꝛ con
iunx niſi cauſa fornicationis · Fornicatio etiam eſt
ip̄a infidelitas · porro ſi infidelitas fornicatio ē ·
et ydolatria infidelitas et auaricia ydolatria · non
eſt dubitandum et auariciam fornicationem eſſe ·
Quis ꝗ iam quamlibet illicitam concupiſcenciam
pꝛ recte a fornicationis gn̄e ſeparē · ſi auaricia for
nicatio eſt Aug · in li · retractacio · Nolo tamē pu
tare lectorem in re tam difficili iſtam ſibi diſputa
cionem noſtram debere ſufficere · Non enim omne
peccatum fornicacio eſt ſpiritalis · Neqꝫ em̄ omnē
peccantē deus perdit · qui quotidie ſanctos ſuos
exaudit dicentes · dimitte nobis dꝫ ita noſtra · cū
perdat omnem qui fornicatur ab eo · vtrum etiā
ꝓpter hanc lꝫ dimittē vxorem · latebroſiſſima eſt
queſtio · licere tn̄ ꝓpter iſtam que in ſtupris com=
mittitur nulla queſtio eſt Aug · in li · lxxxiij · q̄ſt ·
Si em̄ aliquis aſſerat ſolam fornicationem domi=
num admittere ad cauſam relinquende coniugis ·
que concubitu illicito perpetratur · pꝛ dicē dn̄m
de vtroqꝫ fideli dixiſſe · vt neutri liceat alterum re
linquere niſi cauſa fornicationis Aug · de ſer · do ·
Non autem tn̄ fornicantem vxorem dimittē con=
ceditur · ſꝫ quiſquis eam ꝗ̄ vxorem dimittit · a qua
ip̄e cogitur fornicari · cauſa fornicationis vtiqꝫ di
mittit · non tn̄ illius ſꝫ et ſue · illius · qꝛ fornicatur ·
ſue ne fornicetur Aug · de fide et opibus · Eodē
etiam modo rectiſſime dimittit ſi viro ſuo dicat nō
ero vxor tua · niſi mihi de latrocinio diuicias con/
greges · aut ſiquid aliud vel facinoroſum vel fla=
gicioſum in viro nouerit · Tunc em̄ ille cui hoc
vxor dicit · ſi veraciter penitens eſt menbꝝ quod
eum ſcandalizat amputabit Aug · in ſer · d · i mō ·
Nihil autē eſt iniquius q̄ꝫ fornicationis cauſa vx
orem dimittē · ſꝫ et ip̄e committitur fornicari · occur
rit em̄ illud in quo alteꝝ iudicas teip̄m condem=
nas · De eo autem ꝙ dicit · Et qui dimiſſam duxerit
adulterat · poteſt queri · vtrum ſicut mechaꝛ ille ·
qui eam ducit · ſic et illa quam ducit · Iubetur em̄ ab
apoſtolo et illa manere innupta · aut viro reconci
liari · ſꝫ tn̄ ſi diſceſſerit a viro Multum aūt intereſt
vtrum dimittat · an dimittatur · Si em̄ ip̄a virum
dimiſerit et alteri nupſerit videtur cupiditate mu
tandi coniugij virum priorem reliquiſſe · que adul
terina cogitacio eſt · Sed ſi dimittatur a viro inue
niri non pōt · quō cum vir et mulier pari conſenſu
miſceantur vnus eoꝝ mechatus ſit et non alter ·
Huc accedit qꝛ ſi mechatur ille ducendo eam que
dimiſſa eſt a viro · ip̄a facit eum mechari · quod hic
dominus vetat

Iterum autem audi
ſtis · quia dictum eſt
antiquis · Non periu=
rabis · reddes autem
dn̄o iuramenta tua ·
Ego autem dico vo=
bis · non iurare omni
no · neqꝫ per celum qꝛ
thronus dei eſt · neqꝫ
per terram · quia ſca=
bellum pedum eius eſt
neqꝫ per hieroſolimā

Glo · docuerat
ſupra dominus n̄ eſſe
iniuriam proximo in
ferendam ꝓhibendo
iram cum homicidio ·
concupiſcenciam cum
adulterio · et dimiſſio
nem vxoris cū libello
repudij · Nunc autem
conſequenter docet
ab iniuria dei abſtinē
dum · cum prohibet
non ſolum periurium
tanq̄m malum ſꝫ etiā
iuramentum tanquā
mali occaſionem · Vn̄
dicit · Iteꝝ audiſtis
qꝛ dictum eſt antiq̄s
Non periurabis dicit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quia ciuitas eſt mag
ni regis·neq; per ca=
put tuum iuraueris·
quia non potes vnum
capillum album facē
aut nigrum·Sit aūt
ſermo veſter·eſt eſt·
non non·Quod autē
his abundancius eſt
a malo eſt·

ē̄m in leuitico·non p
iurabis in nomīe meo
et ne creaturas face=
rent ſibi deos·prece
pit reddere deo iura
menta et non iurare
per creaturas·Vnde
ſubditur·reddes aūt
dn̄o iuramenta tua·i·
ſi iurare otigerit per
creatorem iurabis·n̄
per creaturaȝ·Vnde
dr in deutr· dominū
deum tuum timebis
et per nomen ei9 iura
bis Hiero·Hoc autem quaſi paruulis fuerat le=
ge oceſſum·vt quomodo victimas imolabant deo
ne eas ydolis imolarent·ſic et iurare permitteren
tur in deum·non q̄ recte hoc facerent ſȝ q̄ meli9
eſſet deo hoc exhibere q̄ demonijs· Chri·ſuper
math·Nemo em̄ frequenter iurat qui non aliqn̄ p
iuret·ſicut qui fecit oſuetudinem multa loqui·ali
qn̄ loquitur importuna Aug·otra fauſtum·qr
vero periurare graue peccatum eſt·longius aūt
remotus eſt a periurio·qui nec iurare oſueuit·q̄
qui verum iurare procliuis eſt· maluit nos dn̄s n̄
iurantes recedere a vero·q̄m verum iurantes ap/
propinquare periurio·Vnde ſubdit·Ego autem
dico vobis·non iurare omnino Aug·in ſer·do·i
monte·In quo phariſeorum iuſticiam·que eſt nō
oiurare·ofirmat·Non em̄ pt̄ periurare qui non iu
rat·ſȝ qm̄ ille iurat·qui adhibet deum teſtem·con
ſiderandum eſt ne otra hoc preceptum dn̄i ap̄lus
feciſſe videatur·quia ſepe hoc modo iurauit·cum
dixit·Que ſcribo vobis ecce coram deo quia non
mencior·Et teſtis eſt michi deus cui ſeruio in ſpū
meo·niſi forte quis dicat tunc cauendum eſſe iura
tionem cum aliquid dr per quod iuratur· vt nō iu
rauerit qr non dixit per deum·ſȝ dixit teſtis ē mihi
deus·ridiculum eſt hoc putare·Sȝ tn̄ ſciat h̄ nō
iuraſſe apoſtolum dicentem·q̄tidie morior p gl̄ā
veſtram fr̄es·Nō ne quis ita exiſtimet dēm tanq̄
ſi dicētur Veſtra gloria me fecit q̄tidie mori·Gre
ca exemplaria diiudicant·in quibus(quod ſcriptū
eſt)non niſi a iurante dr Aug·otra mendac·Sȝ
pleraq; in verbis intelligere n̄valentes in factis
ſanctorum colligimus ·quemadmodum oporteat
accipi qd̄ facile in aliam partem ducētur·niſi exē=
plis reuocaretur Iurauit ap̄ls in ep̄lis ſuis· ⁊ ſic
oñdit quō accipiendum eſt quod dictum eſt·Dico
autē vobis·non iurare omnino·ne ſcȝ iurando ad
facilitatem iurandi veniatur·ex facilitate aūt iu=
randi veniatur ad oſuetudinem·a conſuetudine in
periurium decidatur· ⁊ ideo non inuenitur iuraſſe
niſi ſcribens vbi conſideratio cautior non hȝ ling
uam precipitem· ⁊ tn̄ dn̄s oīno ait non iurare·non
em̄ conceſſit vt id licēt ſcribentibus·ſȝ qr p̄cepti
violati reum paulū·preſertim in ep̄lis oſcriptis
nephas eſt dicē·intelligendum eſt illud·qd̄ poſi
tum eſt omnino ad hoc poſitum·vt q̄tum in te eſt
non affectes vbi quaſi pro bono cum aliq̄ delecta
tione appetas iuſiurandum Aug·contra fauſtum

In preſcriptis g̃ vbi eſt conſideracio maior p̄lib9
locis apoſtolus iuraſſe inuenitur·ne quiſq; puta=
ret·etiam verum iurando peccari·ſȝ pocius intel=
ligeret humane fragilitatis corda non iurando tu
cius a periurio oſeruari Hiero·demq; oſideraq̄
hic ſaluator non per deum iurare prohibuit · ſȝ p
celum·per terraȝ et per hieroſolimam·et p caput
tuum·hanc em̄ per elementa iurandi peſſimam cō
ſuetudinem ſp habere iudei noſcuntur·Qui aūt iu
rat·aut veneratur aut diligit eum per quē iurat·
·Iudei autem per angelos et vrbem hieruſalem et
templum et elementa iurantes·creaturas venera
bantur dei honore cum in lege preceptum ſit·vt
non iuremus niſi per dn̄m deum noſtrum Aug·d
ſer·do·in monte·Vel ideo additum eſt·neq; p ce
lum·qr iudei non putabant ſe teneri iureiurando·
ſi per iſta iuraſſent·ac ſi dicat Cum iuras per celū
et terram·non te arbitreris non debē dn̄o iuſiuran
dum tuum·qr per eum iurare ouinceris c9 celum
thronus eſt·et c9 terra ſcabellum eſt·quod non ē
ſic dictum quaſi habeat deus collocata membra i
celo et in terra vt nos cum ſedemus·ſȝ illa ſedes di
iudicium ſignificat·Et qm̄ in hoc vniuerſo mūdi
corpore maximam ſpeciem celū hȝ·ſedē in celo dr
tanq̄ p̄ſencior ſit excellenti pulcritudini vis diuina
Terramq; dr calcare q̄ minimam ſpēȝ ordinet in
extremis·Spiritales aūt ſanctas aīas celi noīe ſig/
nificat et terre peccatrices qm̄ ſpiritalis oīa iudi
cat·peccatori aūt dictum eſt·terra es et in terrā
ibis·Et qui in lege manere voluit·ſub lege ponē
Et ideo ogruenter dr·Scabellum pedum eius Se
quitur·neq; per hieroſolimam qr ciuitas ē magni
regis·quod melius dr q̄ dicēt mea·cum tn̄ hoc di
xiſſe intelligatur·et qr ipē vtiq; eſt dn̄s·dn̄o iuſ=
iurandum dȝ qui per hieroſolimam iurat·Sequit̄
neq; per caput tuum iuraueris·Quid em̄ poterat
quiſq; magis ad ſe pertinere arbitrari q̄m caput
ſuum·Sed quō nr̄m eſt ·vbi poteſtatem faciendi
vnum capillum albuȝ aut nigrum non hēm9 ꝓpter
quod dr·qr non potes vnum capillum albū facē
aut nigꝝ·g̃ deo dȝ iuſiurandum quiſquis etiam p
caput ſuum iurare voluerit·Et hinc etiam cetera
intelliguntur Chr·in ome·Attendite aūt q̄ ele
menta mundi extollit·non ex ꝓpa natura ſȝ ex hītu
dine quam hn̄t ad deum·ne ydolatrie daret̄ occa
ſio Rab·q̄ aūt iurare prohibuit·quō loq̄ opor/
teat docuit ſubdens·Sit autem ſermo veſter eſt ē
non non·id eſt quod eſt ſufficiat dicē eſt·quod nō
eſt ſufficiat dicē non eſt·Siue ideo dr bis eſt ē·nō
non·vt quod ore affirmas·opibus probes· et qd̄
verbis negas factis non ofirmes Hyla·Vel aliter·
·In fidei ſimplicitate viuentibus iurare opus nō ē
cum quibus ſp quod eſt eſt·quod non non·et per
hoc eorum et opus et ſermo omnis in vero eſt·
Hiero·Euangelica igitur veritas non recipit iura
mentum cum oīs ſermo fidelis pro iureiurando ſit
Aug·q̄ꝓpter qui intelligit non in bonis ſed in
neceſſarijs iuracōȝ hn̄dam refrenet ſe q̄ntum pōt
vt non ea vtatur niſi necitate· cum videt pigros
eſſe homines ad credendū·quod vtile eſt credere
niſi iuratione firmetur·Hoc g̃ eſt bonum ⁊ appetē
dum qd̄ hic dr·Sit ſermo vr̄ eſt eſt·non non·q̄ aūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

his abundancius eſt · a malo eſt · id eſt ſi iurare co-
geris · ſcias ꝺ neceſſitate venire infirmitates eoꝝ
quibus aliquid ſuades · que vtiq; infirmitas malū
eſt · itaq; non dixit · quod amplius eſt malum eſt · tu
enī non malum facis qui bn̄ vteris iuratione · vt al
teri perſuadeas quod vtile perſuadeas · ſ; a malo
eſt illius cuius infirmitate iurare cogeris · Chr · in
ome · Vel a malo · i · ab infirmitate eoꝝ quibus lex
iurare permiſit · Ita enī xp̄s non monſtrat veterē
legem dyaboli eſſe · ſ; a veteri imperfectōe ducit
ad abundanciam nouitatem

**Audiſtis q; dictū eſt
oculum pro oculo · et
dentē pro dente · ego
aūt dico vobis · nō re
ſiſtere malo · ſed ſiquis
te percuſſerit ad dex-
teram maxillam tuam
prebe ei et alteram · ⁊
ei qui vult tecum iudi
cio ꝯtendere ⁊ tunicā
tuam tollere dimitte
ei ⁊ pallium · ⁊ q̄cunq;
te angariauerit mille
paſſus · vade cum eo
alia duo · Qui aūt pe-
tit a te da ei · ⁊ volēti
mutuari a te ne auer
taris**

Glo · q; ſuperius
docuerat dn̄s nō eſſe
proximo iniuriam in-
ferendam · nec irreue
renciam dn̄o · ꝯſequē
ter hic docet qualit
ſe xp̄ianus hr̄e dēat ·
ad iniuriam ſibi infe-
rentes · Vnde dicit ·
Audiſtis q; dictum ē
oculum pro oculo · et
dentem pro dente
Aug · ꝯtra fauſtum ·
Quod quidem ad re-
primendas flammas
odioꝝ in ſemuicem
ſeuientium · et immo-
deratos aīos refre-
nandos ita p̄ceptum
eſt Quis enī facile cō
tentus eſt tm̄ reponē
vindicte q̄tum acce-
pit iniurie · Nonne vi
demus leuiter leſos
hoīes · molliri cedem ·
ſitire ſanguinem · vix
q; inuenire in malis
inimici vnde facientur Huic igitur immoderate ac
iniuſte vlcioni lex iuſtum modum figens penaꝫ ta
lionis inſtituit · hoc eſt vt qualem quiſq; inſtituit
iniuriam tale ſupplicium pendat · quod non fomes
ſ; limes furoris eſt · non vt id quod ſopitum erat
hinc accenderetur · ſ; ne id (q; ardebat) vltra extē
deretur · Impoſita eſt enī iuſta vindicta que iuſte
debetur ei qui paſſus fuerit iniuriam · Qꝺ aūt de-
betur · etſi benigne remittitur · non tn̄ inique repe
titur · Itaq; cum peccet qui immoderate vult vin
dicari · non peccet autem qui iuſte vult vindicari
remocior eſt a peccato qui non vult omnino vindi
cari · Et ideo ſubdit · Ego aūt dico vobis · n̄ reſiſtē
malo · poteram autem et ego ſic ponē · Dictum eſt
antiquis · Non iniuſte vindicabis · Ego autēꝫ dico
vobis · ne vindicetis quod adimplecio eſt · Si per
hec verba q; legi defuit a xp̄o additum mihi videtē
ac non pocius id quod lex volebat efficē · ne iniuſte
ſe quiſq; vindicaret · ꝯſeruari tucius ſi omnino ſe
non vindicaret Chr · ſuper math · Sine hoc enī
mandato legis mandatum ſtare non pt̄ · q; ſi ſm
legis mandatum oībus reddē mala p̄ malis cepimus
oēs efficiemi mali eo q; per ſequentes abundēt Si
aūt ſm xp̄i preceptum non reſiſtitur malo · ⁊ ſi ma
li non leniuntur · tn̄ boni permanebūt boni Hiero

dn̄s g̃ nr̄ viciſſitudinēꝫ tollens truncat inicia pec
catoꝝ · In lege nanq; culpa emendatur · hic pec-
catoꝝ auferuntur exordia Glo · vel pt̄ dici q; dn̄s
hoc dixit iuſticie veteris legis aliquid addens ·
Au · ꝺ ſer · d · in mo · Phariſeoꝝ enī iuſticia minor ē
non excedē vindicte modum · et hoc eſt pacis in-
choacio · Perfecta autem pax eſt talem penitus nol
le vindictaꝫ · Intra illud g̃ primum qꝺ preter legē
eſt vt maius malum pro minori malo reddatur · ⁊
hoc quod dn̄s perficiendis diſcipulis dicit · ne p̄
malo vllum malum reddatur · Medium locū tenet
vt tm̄ reddatur q̄tum acceptum eſt · per quod a
ſumma diſcordia ad ſummam ꝯcordiam tranſitus
factus eſt · Quiſquis enī malum prior infert maxi
me a iuſticia diſtat · Quiſquis aūt nulli prior male
fecit ſ; tn̄ leſus rependit grauius · receſſit aliq̄ntū
a ſumma iniquitate · Qui vero tm̄ reddit quantum
accepit iam aliquid donat · Iuſtum eſt enī cū; qui
leſit prior grauior ledi Hanc g̃ inchoatam iuſticiam iu
ſticiam ille perficit qui legem venit implē · Duos
autem gradus qui interſint intelligendos reliq̄t
Nam eſt qui non reddat tm̄ ſ; minus · ⁊ hinc aſcen
dit qui omnino nil rependerit quod paꝝ videtur
dn̄o niſi et amplius paratus ſis ſuſcipe Qua p̄pter
non ait non reddere malum pro malo ſ; non reſiſtē
aduerſus malum · vt non ſolum non rependas · qꝺ
tibi fuerat irrogatum · ſ; eciam non reſiſtas · quin
aliud irrogetur · Hoc enī eſt quod ꝯuenienter ex-
ponitur · Sed ſiquis te percuſſerit in dexterā ma
xillam tuam · prebe ei et alteram · Quod ad miaꝫ p̄
timere hij maxime ſenciunt · qui eis (quos multum
diligunt) ſeruiunt · vel prauis vel phreneticis · a
quibus multa ſepe paciuntur · et ſi eoꝝ ſalus id ex
igat prebent ſe etiaꝫ vt plura paciantur · Docet g̃
dn̄s medicus aīaꝝ vt diſcipuli ſui eoꝝ q̄ꝝ saluti
ꝯſulere vellent · imbecillitates equo aīo tolerarēt
Omnis nanq; improbitas ex imbecillitate aīi venit
q; nihil innocencius eſt eo qui in virtute p̄fectus
eſt Aug · ꝯtra menda · Ea vero que in nouo teſt ·
a ſanctis facta ſunt · valent ad exempla intelligen
darum ſcripturaꝝ que in preceptis digeſta ſunt
velut cum legimus in euangelio · Accepiſti alapā
exemplum aūt pacie nullum q̄ꝫ ipſius dn̄i excellen
cius inuenimus · et ipſe cum alapa percuſſus eſſet n̄
ait · ecce alteram maxillam · ſ; ait Si male dixi ex p̄
bra de malo · ſi aūt bene quid me cedis · Vbi oñdit
illam p̄paracōꝫ alterius maxille in corde faciendā
Aug · in ſer · do · in monte · Paratus enī fuit dn̄s
non ſolum in alteram maxillam cedi p̄ ſalute oīm ·
ſ; in toto corpe crucifigi · Queri aūt pōt · quid ſit
dextera maxilla · Sed cum facies ſit qua quiſq; ꝯg
noſcitur in faciem cedi · ſm apl'm eſt ꝯtemni ac de
ſpici · Sed qm̄ facies non pt̄ dici dextra et ſiniſtra
et tn̄ nobilitas eſt ſm deum et ſm ſeculum ita di-
ſtribuitur tanq̄ꝫ in dextram maxillam et ſiniſtram
vt in quocunq; diſcipulo xp̄i ꝯtemptum fuerit q;
xp̄ianus eſt multomagis in ſe ꝯtemni patus ſit · ſi
quos hmōi ſeculi honores hꝫ · Oīa at in quibus im
probitateꝫ aliq̄ꝫ patimur · in duo gn̄a diuiduntur
qm̄ vnum eſt quod reſtitui non pt̄ · alterꝫ quod pt̄
Sed in illo q; reſtitui non pt̄ vindicte ſolaciū q̄ri
ſolet · Quid enī prodeſt q; percuſſus repercutit ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nunquid ꝓpterea quod in corpore leſum eſt reſti
tuitur· ſ tumidus animus talia fomenta deſidat·
Chr· ſuper math· Nunquid autem ſi repcuſſeris
cum opeſcuiſti eum vt te non percuciat· ſ magis
excitaſti eum vt adhuc percuciat· Nam iracundia
per iracundiam non opeſcitur ſ amplius irritatur
Aug· in ſer· do· in mon· Vnde dñs pocius miſe
ricorditer perferendam alterius infirmitatem iu
dicat ꝗ alieno ſupplicio ſuam mitigandam· Neqꝫ
tñ hic ea vindicta prohibetur que ad correctionē
valet· Ipa eñ pertinet ad miſericordiam· nec im
pedit illud ꝓpoſitum quo quiſqꝫ paratus eſt ab eo
quem correctum eſſe vult plura deferre Requirit
tñ vt et ille vindicet· cui reꝝ ordine poteſtas da
ta eſt· et ea volũtate vindicet· qua pater in filiũ
paruulum quem odiſſe non poteſt· Sancti autem
viri nonnulla peccata morte punierunt· quo et vi
uentibus vtilis metus incutteretur· et illis q̃ mor
te puniebantur· non ipa mors noceret· ſ peccatũ
quod augeri poſſet· ſi viuerent· Inde eſt ꝙ helias
multos morte affecit· de quo cum exemplum cepi
ſſent diſcipuli· reprehendit in eis dñs non exem-
plum ꝓphete ſ ignorantiam vindicandi· animad
uertens eos non amore correctionis ſ odio deſide
rare vindictam· Sed poſtꝗ eos docuit diligere
proximum· infuſo etiam ſpũſancto· non deferunt
tales vindicte· Nam et verbis petri ananias et vx
or eius exanimes ceciderunt· Et paulus apoſtolꝯ
tradidit quendam ſathane in interitum carnis· et
ideo quidam aduerſus corporales vindictas que
ſunt in ve· teſtamento neſcio qua cecitate ſeuiant
quo animo facta ſunt neſcientes Aug· ad bonifa
cium comitem· Quis autem mente ſobrius regibꝯ
dicat· non ad vos pertinet quis velit eſſe ſiue reli
gioſus· ſiue ſacrilegus· quibus dici non poteſt Nõ
autem ad nos pertinet in regno veſtro quis velit
pudicus eſſe aut impudicus Melius eſt quidem ad
deum colendum homines duci· ꝗ pena compelli·
Multis autem profuit quod experimento proba-
mus prius dolore vel timore cogi· vt poſtea poſ
ſint doceri· aut quod iam verbis didicerant· ope
ſectari Sicut eñ meliores ſunt quos dirigit amor
ita plures ſunt quos corrigit timor Agnoſcant in
apl̃m paulum prius cogentem xp̃m et poſtea do-
centem Aug· in ſer· do· in mo· Tenebitur ẽ hoc
iniuriaꝝ gñe quod per vindictam luitur iſte mo-
dus a xp̃ianis· vt accepta iniuria non ſurgat odiũ
ſ paratus ſit animus plura pati· nec correctionē
negligat· que vel ꝯſilio vel autoritate vti põt
Hiero· Scd̃m aũt miſticos intellectꝯ percuſſa dex
tra nr̃a non dẽmus ſiniſtram prebere· ſ alteram ẽ
eſt alteram dexteram· Iuſtus eñ ſiniſtram nõ hꝫ
Si nos hereticus in diſputacione percuſſerit· et
dextrum dogma voluerit vulnerare· opponat̃ ei
aliud de ſcripturis teſtimonium Aug· in ſer· do·
in mon· Aliud aũt iniuriaꝝ genus eſt qd̃ integꝝ
reſtitui poteſt· cꝯ due ſunt ſpẽs· vna ad pecuniã
altera ad opa pertinet· Vnde de primo hoꝝ duo
rum ſubdit· Et ei qui vult tecum in iudicio ꝯtendẽ
et tunicã tuam tollere· dimitte ei et pallium Sicut
ẽ quod poſitum eſt de percuſſa maxilla oĩa ſignifi
cat que ſic ingeruntur ab improbis vt reſtitui nõ

poſſint· niſi vindicta· ita quod poſitum eſt de ve-
ſtimento· oĩa ſignificat que poſſunt reſtitui ſine
vindicta· et hoc etiam ad preparacionem cordis· nõ
ad oſtenſionem opis preceptum recte intelligitur·
Et quod de tunica et veſtimento dictum eſt in oĩ-
bus faciendum eſt· que aliquo iure tpali nr̃a eſſe
dicimus· Si eñ de neceſſariis hoc imperatum eſt
ꝗto magis ſuperflua ꝯtemnere ꝯuenit· Et ẽ ipſe
ſignat· cum dicit· Qui vult tecũ in iudicio ꝯtendẽ
Oĩa ẽ intelliguntur de quibus in iudicio nobiſcũ
ꝯtendi pt̃· Sed vtrũ et de ſeruis accipiendum ſit·
magna queſtio eſt· Non enim xp̃ianum oportet ſic
poſſidere ſeruum quõ equum· ꝗuis fieri poſſit vt
maiori precio valeat equus ꝗ ſeruus· Sed ſi ſuꝯ
rectius a te regitur ꝗ ab illo qui eũ cupit auferre
neſcio vtrum quiſꝗ audeat dicere eum vt veſtimẽ
tum debẽ ꝯtemni Chr· ſuper math· Indigna al
res eſt vt homo fidelis ſtet in iudicio añ ꝯſpectũ
iudicis infidelis· Vel ſi fidelis certe ſecularis· et q̃
te venerari debuerat· ꝓpter dignitatem fidei· iu-
dicat te ꝓpter neceſſitatem cauſe et perdes digni
tatem xp̃i ꝓpter negocium mundi· Deinde cum e
ſubitum irritacio cordis eſt et cogitacionũ malaꝝ
Nam ſi videris ꝙ cauſa tue fraudibꝯ aut pecuniis
expugnetur· et ſimilr̃ tu cauſe tue adeſſe feſtinas et
ſi ab inicio hoc ꝯſiliũ non habuiſti Aug· in enche
ridion· Et ideo prohibuit hic dñs ſuos de ſecula-
ribus rebus cum aliis habere iudicium· tñ cũ apl̃s
ſinit in eccleſia talia iudicia finiri inter fratres frĩ
bus iudicantibus· extra eccleſiam vero terribilr̃ ve-
tat· manifeſtum eſt quid ſm̃ veniam ꝯcedatur in-
firmis Raba· in mora· Sed tñ quidam dũ tpalia
nobis rapiunt ſolummodo ſunt tollerandi· quidã
vero ſunt ſuata caritate prohibendi· non ſola cu-
ra ne noſtra ſubtrahantur· ſ ne rapientes nõ ſua
ſemetipſos perdant· Plus eñ ipis raptoribus de-
bemus metuere· ꝗ rebus irracionabilibus inhiare
Cum autem pro terrena re pax a corde cũ ꝓximo
ſcinditur· apparet ꝙ plus res ꝗ proximus amatur
Aug· in ſer· do· Tercium vero iniuriaꝝ genus
quod ad operam pertinet ex vtroqꝫ ꝯfectum ẽ· et
cum vindicta et ſine vindicta reſtitui poteſt· nam
qui angariat hominem et cogit ſe improbe adiuua
ri ab inuito· et penã improbitatis pt̃ luere et opaꝫ
reddere· In hoc ẽ gñe iniuriaꝝ dñs docet animum
xp̃ianum eſſe pacientiſſimum· et ad plura pferẽda
paratum· Vñ ſubdit· Et quicunqꝫ te angariauerit
mille paſſus vade cum illo alia duo· et hoc vtiqꝫ
monet non tam vt pedibus agas ꝗ vt aĩo ſis patꝯ
Chr· in ome· Angariare eñ eſt iniuſte trahere
et ſine ratione vexare Aug· de ſer· do· in mo· Sic
ẽ dictum putamus Vade cum illo alia duo· ſ· milia
vt tria ꝯpleri voluerit· quo numero ſignificatur
perfectio vt meminerit quiſquis hoc facit· perfec
tam ſe implere iuſticiam· ꝓpter quod et tribus ex
emplis hoc preceptum inſinuauit· et in hoc tercõ
exemplo ſimplo duplum additur vt triplũ ꝯpleat̃
Vel per ẽ accipitur ꝙ in precipiendo tanꝗ tole-
rabilius incipiens paulatim creuerit· Nam primo
preberi voluit alteram maxillam cum fuerit dextra
percuſſa· vt minꝯ perferre paratus ſis ꝗ ptuliſti
Deinde illi q̃ tunicam vult tollẽ iubet et palliũ di

mitti· vel veſtimentum ſcḋm aliā trāſlationem· Quod aūt tantundem eſt aut non multo amplius· Tercio ḋ mille paſſibus quibus addenda dicit duo milia vſq̧ ad duplum perducit· ſꝫ qm̄ parū eſt non nocere niſi etiā bn̄ficium preſtes ꝯſequenter adiungit et dicit· qui aūt petit a te da ei Chr· ſuper math· q: diuicie noſtre non ſunt ſꝫ dei Deus enim diſpenſatores diuiciarū ſuarū voluit eſſe nos non dn̄os Hier· Sed ſi de elemoſinis tm̄ dictum intelligamus· in pluribus pauperibus hoc ſtare non pt̄· ſꝫ vt diuites ſi ſp dederint ſp dare non poterunt Aug· in ḋ· do· Dicit ḡ omni petenti da non oīa petenti vt id des quod dare honeſte potes et iuſte· quid enim ſi pecuniam petat· qua innocentem coneť opprimere· Quid ſi ſtuprum petat· Dandum eſt ḡ ꝙ nec tibi nec alteri noceat· q̄ꝫtum ab homine credi pt̄· et cū negaueris quod petit· iudicanda eſt iuſticia vt nō eum inanem dimittas· et aliqn̄ melius aliqd̄ dabis cum petentem iniuſte correxeris Aug· ad vin cē· Vtilius enim eſurienti panis tollitur ſi de cibo ſecurus iuſticiam negligat· q̄ꝫ eſurienti panis frangitur vt vi iniuſticie ſeductus acquieſcat Hiero· pt̄ enim intelligi de pecunia doctrine que nunq̄ꝫ deficit ſꝫ q̄ꝫto plus datur· tanto amplius duplicatur Aug Quod aūt ait· Et volenti mutuari a te ne auertaris· ad aīm referendum eſt· Hylarem enim datorem deus diligit· Mutuatur autem oīs qui accipit· et ſi ipſe non ſoluturus ſit· quia miſericordibus deus plura reſtituit· aut ſi non placet accipere mutuantem niſi eum qui accipit redditurus intelligendū eſt dn̄m ipſa duo gn̄a preſtandi eſſe ꝯplendum· Nā aut donamus aut redditiuro ꝯmendamus· Recte ḡ ad hꝫ beneficij genus hortando dicit· ne auertaris· i· ne ꝓpterea voluntatem alienes· quaſi deus non redditurus ſit· cum homo reddiderit· Cum enim ex precepto dei facis· infructuoſum eſſe non pt̄ Chriſ· ſuper math· ḡ iubet nos xp̄s mutuum dare· n̄ tm̄ ſub vſuris· q: qui ſic dat non ſua dat ſꝫ aliena tollit de vno vinculo ſoluit et multis alligat· et n̄ ꝓpter dei iuſticiam dat· ſꝫ ꝓpter ꝓprium lucrū· Similis eſt etiam pecunia vſuraria aſpidis morſui· Nam ſicut venenum aſpidis latenter oīa membra corrumpit ſic et vſura omnes facultates ꝯuertit in debitum

Greg· niſenus in li· de hoīe qm̄ aūt eſt ꝓuidēcia per hm̄oi ſigna demr̄atur· permanencia em̄ vniū ſoꝝ et maxime eoꝝ q̄ ſunt in gñacōe ꝗ corrupcōe et poſicio et ordo eoꝝ que ſunt· ſp̄ cuſtodituri9 ſm̄ eundem modū qualr̄ perficētur nullo ꝓuidēte Sed quidem dicunt deo curā eſſe exitium ꝑmanēcie in vniuerſali et h9 ſolius prouidenciaz hr̄e Singularia vero fieri vt ↄtingit· Tres aūt cauſas ſolas vtiqꝫ quis dicet ñ fiendi prouidenciā ſinglāriū Aut em̄ h̄ quod eſt ignorare deum · qm̄ bonum ē pticularium diligenciaz hr̄e aut non velle· aut nō poſſe· ꝫ ignorancia oīno aliena eſt a beata ſuba· Qualr̄ em̄ latebit deum q̄d nec hō ſapiens ignorabit· ꝙ ſingularibus deſtructis vniuerſalia deſtruentur· nihil aūt prohibꝫ oīa indiuidua perire· nulla ꝓcurante potencia· ſi aūt ñ vult · ꝓpter duas fit cās· aut ꝓpter pigriciaz· aut ꝓpter indecenciaz Pigricia aūt a duobus gñatur · aut em̄ voluptate aliq̄ attr̄cti pigritam̄· aut ꝓpter timorē deſiſtim9 q̄ꝝ neutꝝ phas eſt cogitare de deo Si aūt dicant non decere deum· indignuz em̄ eſſe tāte btītudis ꝓuis ↄdeſcendē· q̄lr̄ ñ inconueniens eſt artificem q̄dem procurantem vlia nihil particularium neqꝫ puiſſimuz derelinq̄re ſine procuracōe ſcientem ꝙ ad totū proficit ps· ↄditorem v̄o deū artificibus enunciare indoctiorē· Si aūt non pt̄· imbecillis eſt deus et impotens bn̄facere Si v̄o incōprehēſibil' nob' eſt ſinglāriū prouidencie rō· non ꝓpt̄ea oportet dicē· q2 ñ eſt ꝓuidencia· ita em̄ dicent q2 nūm hoīm ignoramus neqꝫ hoīes eſſe Chr· ſup math Sic g̊ qui credit ſe dei iudicio gubernari· eſcā ſuā in manu dei ↄmittat· cogitet aūt de bono et malo de q̄ niſi ſolicitus fuerit neqꝫ malum fugiet · neqꝫ bonum apprehendet· Et ideo ſubditur· Querite aūt primum regnum dei et iuſticiam eius· Regnuz dei eſt retribucio bonoꝝ opm̄· iuſticia aūt e9· via pietatis per quam itur ad regnum· Si g̊ cogites q̄l' erit glā ſanctoꝝ neceſſe eſt vt aut ꝓpter timorem pene recedas a malo· aut ꝓpter deſiderium gl'e feſtines ad bonum· et ſi cogitaueris q̄ ſit dei iuſticia q̄d ſcꝫ odit deus et quid amat· iuſticia ip̄a oſ̄dit tibi vias ſuas que amantes ſe ſequit̄· Non aūt dati ſumus rōꝫ ſi paupes ſumus aut diuites· ꝫ ſi bn̄ vel male egerim9 q̄d eſt in nr̄o arbitrio Glo· vel dic̄ ſuper iuſticiam e9· q· d· vt per eū non ꝑ vos iuſtifitis Chr· ſuper math· Terra aūt eē ꝓpter pcc̄a hoīm maledicitur vt non germinet· ſm̄ illud· Maledicta terra in ope tuo· bn̄dicit̄ aūt cū bō fecimus Querite g̊ iuſticiam et non deerit tibi panis· Vnde ſeq̄t̄· et hec oīa adiicientur vob' Aug· de ſ· d· in mō· ſcꝫ tp̄alia q̄ h̄ maīfeſte oſ̄dit· non eſſe tlīa bō nr̄a ꝓpter que bn̄facere dēamus ꝫ tm̄ neceſſaria eē Regnum vero dei et iuſticia e9 bonum nr̄m eſt vbi finis ↄſtituendus eſt Sed q2 in hac vita militam9 vt ad illud regnum ꝑuenire poſſumus · que vita ſine his neceſſariis agi non pt̄· apponent̄ inquit h̄ vobis· Cum aūt dixit illud primum ſignificauit q2 h̄ poſteri9 q̄rendū eſt ñ tpe ꝫ dignitate· illd tanq̄ bonum nr̄m hoc tanq̄ neceſſarium eſt · Neqꝫ enim verbi grā dēmus euangelizare vt manducemus· q2 ſic vilius haberemus euangelium q̄ cibum· ſed ideo manducamus vt euangelizemus· Querentib9 aūt primum regnum dei ꝗ iuſticiam e9· i· h̄ preponentibus ceteris rebus vt h̄ ꝓpter cetera q̄ramus ñ dꝫ ſ beſſe ſolicitudo ne neceſſaria deſint· Et ideo ait· hec omīa adiicientur vobis· i· ↄuenienter ſine vllo vr̄o impedimento· ne cum iſta queritis illuc abuertamini· aut ne duos fines ↄſtituatis Chr· in ome· et non dixit· dabunt̄ ꝫ apponent̄· vt dicas q2 pn̄cia nihil ſunt ad magnitudinem futurorum

Aug· de ſer· d· in mon· Cum aūt legimus ī fame et ſiti apl'm laboraſſe· non exiſtimemus · h̄ dn̄i promiſſa titubaſſe· qn̄ quidem iſta ſint adiutoria Medicus iſte cui nos totos ↄmiſim9 nouit qn̄ apponat et qn̄ detrahat ſicut nobis indicat expedire Si i· n· nobis aliqn̄ defuerit q̄d plezꝫ ꝓpt̄ nr̄az exercitacōꝫ de9 ſinit ñ debilitat ꝓpoſitū nr̄m ꝫ examinatū confirmat ·

Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinū· craſtin9 em̄ dies ſolicitus erit ſibiipſi Sufficit enim diei malicia ſua

Glo· prohibuerat ſolicitudinem pn̄tium reꝝ modo prohibet ſolicitudinem futoꝝ variam ex vicio hoīm prouenientē· cuꝫ dic̄ Nolite g̊ ſoliciti eſſe ī craſtinum Hiero9· Cras in ſcripturis futurꝫ tp̄s intelligitur dicente iacob· Exaudiet me cras iuſticia mea· et in ſamuele fantaſmate phitoniſſa· loquitur ad ſaulē Cras erit mecum de pn̄tibus g̊ ↄceſſit debere eſſe ſolicitos qui futura prohibet cogitare· Sufficiat em̄ nobis pn̄tis tpis cogitacio· futr̄a · que incerta ſunt deo relinq̄mus· Et h̄ eſt q̄d d2· craſtinus em̄ dies ſolicitus erit ſibiip̄i· i· ip̄e afferet ſolicitudinē ſuam ſecum Sufficit em̄ diei malicia ſua· h̄ maliciā non ↄtrariaz virtuti poſuit· ꝫ laborez et afflictōꝫ et anguſtiam ſeculi Chr· in ome· Nihil em̄ ita dolorem infert aīe vt ſolicitudo et cura· Cum autez dicat ꝙ craſtina dies erit ſolicita de ſeip̄a volens manifeſtius facere quod d2· Proſopopeiam facit tpis ſm̄ multoꝝ ↄſuetudinem loquens ad plebē imperfectaꝫ· vt em̄ eos magis moueat ip̄os dies ↄquerentes inducit pro ſupflua cura· Nunq̄d em̄ dies non ſufficiens hꝫ onus id eſt curam ſuaꝫ· quid igitur cum aggrauas magis· curam que ptinet ad alium diem apponendo· Chr· ſup math· Vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

alr· per hodie hec ſolum ſignificantur · q̄ hēmus
in vita pn̄ti nec̄ria· Q̄d aūt dicit cras qd ſupfluū
eſt oſ̄dit· Dicit ḡ nolite ſoliciti eſſe in craſtinū· i·
nihil curetis ſup id hr̄e quod neceſſariū eſt vob̄
ad vitam q̄tidianam· Q̄d em̄ ſuperfluum fuerit qd
eſt cras curabit ſe· Et h̄ eſt q̄ dicit· Craſtinus em̄
dies ſolicitus erit ſibiipi· ac ſi dicat· Superflua cū
cogitaueris ipa ſe curabūt· te q̄dem eis n̄ fruente·
inuenient dn̄os multos qui ea procurent· Quid ḡ
curas de illis q̄rꝝ p̄tatem es alijs dimiſſurus· Su
fficit ·n· diei malicia ſua· q· d· ſufficit tibi labor q̄z
pateris ꝓpter neceſſaria noli de ſupfluis laborare
Vel alr̄· Aug· de ſer· d· in mon· non dr̄ craſtinus
dies niſi in tpe vbi p̄terito ſuccedit futurꝝ· Ergo
cuz aliquid boni opamur non terrena· ſʒ eterna co
gitemus craſtinus em̄ dies ſolicitus erit ſibiipi· i·
cum oportuerit ſumas cibū et hmōi ſcʒ cum nece/
ſſitas vrgere cepetit· Sufficit em̄ diei malicia ſua
·i· ſufficit q̄ iſta ſumere neceſſitas vrgebit · quam
maliciam nomiat· qr̄ penalis eſt nobis· p̄tinet em̄
ad mortalitatem quam peccando meruimus· huic
ḡ pene tpalis nec̄citatis noli addē aliquid grauiꝰ
vt non ſolum eam paciaris· ſʒ etiaz ꝓpter hanc ex
plendam milites deo· Hic eſt cauendum ne cum vi
derimus aliquez ſeruū dei prouidē · ne iſta nec̄ria
deſint vel ſibi vel eis quorꝝ cura ſibi omiſſa eſt iu
dicemus eum otra dn̄i precepta facē et de craſtio
eſſe ſolicitum· Nam et ipe dn̄s· cui miſtrabant an=
geli· ꝓpter exemplum loculos hr̄e dignatus eſt·
Eſt in actibus aplorꝝ ſcriptum ea q̄ ad victū ſunt
neceſſaria· procurata eſſe in futurꝝ ꝓpter imminē
tem famam· non ḡ h̄ dn̄s increpat ſiquis humano
more iſta procuret· ſʒ ſiquis ꝓpter iſta militet deo
Hila· h̄ ec̄ totum ſub dicti celeſtis ſignificancia
otinetur· Jubem̄ igit̄ non ambire de futuris· Sa
tis em̄ vite nr̄e malicia dierꝝ quibus viuimus · ſcʒ
peccata ſufficiunt· vt otra hec purgat̄ d· o· s vite
nr̄e meditacio laborq̄z verſetur· Ceſſante aūt cura
nr̄a ipa futura ſolicita ſunt dum nobis eterne clari
tatis profectus deo procurante proponitur·

## CAPIT· ·VII·

Nolite iudi
care vt nō
iudicemini
in quo em̄
iudicio iudicaueritis
iudicamini ꝛ in q̄ men
ſura menſi fueritis ·
remecietur vobis·

Aug· de ſ· d· in mon·
qr̄ cum iſta tpalia ꝓ
curauit in futurꝝ· in
certum eſt q̄ aio fiat
cū poſſit ſimplici cor
de fieri duplici opor
tune h̄ loco ſubiecit·
nolite iudicare· Vel
alr̄ Chr· in omelia
Hucuſq̄z expoſuit cō
ſequenciam ad eciam
pertinentem· Nūc aūt
incipit exponē oſeq̄n
tiam ad orōz reſpici=
entem· q̄ eſt doctr̄ia
h̄ q̄dāmodo pſorōis
vt ſit ordo narracōis talis· dimitte nobis debita
noſtra· Et ſequitur· nolite iudicare vt non iudic·
Chr· ſup mat· ſʒ ſi iudicare prohibet qua conſe
quentia Paulus in corinth̄ iudicat fornicantem·
Et petrus ananiam et ſaphiram mendacij arguit
Sed q̄dez hunc locum ſm̄ hmōi ſenſum exponunt
qr̄ dn̄s h̄ mandato non prohibet xp̄ianos ex beni
uolencia alios corripere· ſʒ ne per iactanciam iuſti
cie ſue xp̄iani xp̄ianos deſpiciant ex ſolis plerū q̄z
ſuſpicionibus odientes ceteros et odemnantes· et
ſub ſpecie pietatis ꝓpriū odium exequentes Chr·
in om· Vnde non dixit· ne q̄ſcere facias peccantē
ſʒ ne iudicaueris· h̄ eſt ne amarus fias iudex· corri=
pe quippe non vt hoſtis expetens vindictam ſʒ vt
medicus inſtituens medicinam Chr· ſup math·
ſʒ vt non ſiquidem corripent xp̄iani xp̄ianos oueit
ſermo qui dicit· nolite iudicare· Sed ſi non ſic cor/
ripuerit· nunq̄d ꝓpter hoc oſeq̄ntur indulgenciā
peccatorꝝ· qr̄ dc̄m eſt· non iudicabimi· Quis enim
oſequit̄ indulgenciaz mali p̄oris qr̄ non addidit
alterꝝ malum· Hoc aūt diximus volentes oſ̄dere
qr̄ hic ſermo non eſt poſitus de proximis non iudi
candis qui peccant in deum ſʒ qui in nos peccant
Qui em̄ non iudicat ꝓximum ꝓpter peccatum i ſe
omiſſum· illum nec deus iudicat ꝓpter peccatuz· ſʒ
dimittit ei debitum ſicut et ipe dimiſit Chri· in
ome· Vel alr̄· non ſimplr̄ vniuerſa peccata iubet n̄
iudicare· ſʒ his q̄ multis malis ſunt pleni· et alios
pro minimis iudicant· hanc prohibicōz facit· Sic
et paulus non ſimplr̄ prohibet iudicare eos q̄ pec
cant ſʒ diſcipulos iudicantes de mgr̄is redarguit
docens vt eos qui ſ̄ nos ſunt non iudicemus
Hiero· Vel alr̄· iudicari de ſponſionibus ſuis deū
vetat· qr̄ vt iudicia ex incertis rebus inter hoīes
ſumunt̄· ita et h̄ iudicium aduerſus deū ex ambigu
itate ſuſcipitur· quod penitus repellit a nobis·
vt conſtans pocius fides retineatur· qr̄ non ſic in
certis rebus peccatum ſit ꝑperam iudicaſſe· ſʒ ſi in
his rebus dedero iudicium· inicium ſit criminis
Aug· de con· euan· Vel alr̄· h̄ loco nihil aliud pre
cipi exiſtimo· niſi vt ea facta que dubium eſt quo
aio fiant in meliorem p̄tem interpretem̄ · Deus aūt
que non poſſunt bono aio fieri· ſicut ſunt ſtupra·
blaſphemie et hmōi· nobis iudicare permittit̄· De
factis aūt medijs q̄ poſſunt bono et malo aio fieri
temerariū eſt iudicare· maxime vt odemnemꝰ Duo
aūt ſunt in quibus temerariū iudiciū cauē dēmus·
cū incertum ſit q̄ aio quicq̄ factū eſt· vel cū incer
tum eſt q̄lis quiſq̄z futurus eſt· qui nunc vel malꝰ
apparet· Non ḡ reprehendamus ea que nec ſcimus
q̄ aio fiant· neq̄z ita reprehendamus q̄ manifeſta
ſunt vt deſperemus ſanitatē· Pt aūt mouē qd ait·
·In q̄ iudicio iudicaueritis iudicabimi· Nunquid ſi
nos temerario iudicio iudicauerimus· temē eciam
de nobis deus iudicabit· aut nunq̄d ſi mſura iniq̄
menſi fuerimus· et apud deum eſt iniqua menſura
vnde nobis remeciat̄· Nam menſure noīe ipm iudi
ciū ſignificatum arbitror· ſʒ h̄ dc̄m eſt qm̄ temeri
tas q̄ punis aliū ipa te puniat neceſſe eſt· Iniq̄tas
em̄ ſepe nihil nocet ei q̄ patitur iniuriam · ei vero
qui facit neceſſe eſt vt noceat Aug· xxi· de ci· di
Dicunt aūt aliq̄ quō vm̄ eſt quod ait xp̄us · vt in q̄
menſura menſi fueritis remecietur vobis· ſi tpale
peccatum ſupplicio puniatur eterno Nec attendūt
non ꝓpter eq̄le tpis ſpacium· ſʒ ꝓpter viciſſitudiez
mali· i· vt qui mala fecerit mala paciat̄ eandē dic=
tam menſuram fuiſſe· Quis in ea re hoc ꝓpe poſſit
accipi· de qua deus cum h̄ dicēt loquebatur· ideſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de iudicijs et ↄdemnacōibus· Proīde q̄ iudicat ⁊
ↄdemnat iniuſte· iudicaꝛ̄ et ↄdemnaꝛ̄ iuſte in eadē
menſura recipit· q̄uis non hoc qꝺ dedit· Judicio
enī̄ fecit quod inīquū ē Judicio patiꝛ̄ qꝺ iuſtū eſt

**Quid autem vides feſtucā in oculo fr̄is tui· et trabem in ocl̄o tuo non vides· Aut quomodo dices fratri tuo· ſine eijciam feſtucam de oculo tuo et ecce trabs eſt in oculo tuo· hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo· et tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fr̄is tui**

Aug· de ſer· do· qꝛ
de temerario et inīq̄
iudicio dn̄s nos ām̄o/
uerat· maxime aꝛ̄ hij
temere iudicant q̄ de
incertis et facile rep̄
hendūt q̄ magis amāt
vitupare ⁊ damnare
q̄ emendare atqꝫ cor
rigere· quod vicium
vel ſupbia eſt vel in
uidencia ↄſequenter
ſubijcit ⁊ dicit· quid
aūt vides feſtucam ī
oculo· f· t· et t· in oc·
t· non vides Hiero·
Deus loquitur· Qui
cum mortali crimine
detineaꝛ̄ obnoxi mi=
nora peccata fr̄ibus
non ↄcedunt vt ſi forte ira ille peccauerit tu odio
reprehendas· Quantum aūt inter feſtucā ⁊ trabē
tantum inter iram diſtat et odium· odium enī̄ ira
inueterata eſt ffieri aūt pōt vt ſi iraſceris hoī velis
eum corrigi· non aūt ſi eum oderis Chr· in ome·
Multi eciam hoc faciunt qui ſi viderint mōchum
ſuperfluum veſtimentum hn̄tem· aut copioſiori ci
bo potitum· amari fiunt accuſatores quotidie ip̄i
rapientes et crapulā pacientes Chr· ſup mat·
Vel aliꝛ̄ hoc qꝺ hic dr̄ doctoribus ↄuenit Om̄e enī̄
peccatum diiudicatur modicum aut magnum· ſm̄
peccantis perſonam· Laici enī̄ peccatum modicū
eſt ⁊ feſtuca q̄tum ad peccatum ſacerdotis· quod
trabi ↄparatur Hyla· vel aliꝛ̄· peccatum in ſpm̄
ſanctum eſt diuine virtutis p̄tatem negare et xp̄o
ſubā abnuere eternitatis per quem qꝛ in hoīem
venit deus· hō rurſus veniret in deū· Ergo q̄ta
inter feſtucam et trabem dr̄na eſt· tantum oñdit
peccatum in ſpm̄ ſanctum· ceťa crimina excedere·
vt cum infideles delicta corpis alijs exprobrant
onus peccati quod de promiſſis dei ambigunt in
ſe ante non videant in oculo trabē· tanq̄ ī mentis
acie incidente Sequitur· aut quō dices fratri tuo
ſine eijciam feſtucam de oculo tuo· et ecce in oculo
tuo trabs eſt· Chr· id eſt cum qua facie arguis
peccatum fratris tui· ip̄e aūt in eodem peccato vꝛ̄
ī maiori exiſtens Aug· de ſer· do· Primū ḡ cogi
temus· cum aliquem reprehendere nos neceſſitas
coegerit· vtꝝ tale ſit vicium qꝺ nunq̄ habuimus
Et tunc cogitemus et nos hoīes eſſe et hr̄e potui
ſſe· vel tale quid habuimus et iam non habemus·
et tunc tangat memoriam oīs fragilitas· vt illam
correctionem non odium ſꝫ mīa precedat· Si autē
inuenerimus nos in eodem vicio eſſe ñ obiurgem⁹
ſꝫ ↄgemiſcamus et ad pariter conandum inuitem⁹
Raro aūt et ex magna neceſſitate obiurgaciones
adhibende ſunt in quibus non nobis ſꝫ vt dn̄o ſer
uiatur inſtemus· Chri· ſup math· Vel aliꝛ̄· Quō
dicis fratri tuo· i· quo ↄpoſito putas ex caritate·
vt ſalues proximum tuum· non qꝛ teip̄m ante ſal=
uares· Vis ḡ non alios ſanare· ſꝫ per bonā doctri
nam malos actus celare· et ſcie laudem ab hoib⁹
querere· non edificacōꝫ mercedis a deo et es ypo
crita· Vnde ſequitur· ypocrita eijce primū trabē
de oculo tuo Aug· de ſer· do· Accuſare enī̄ vicia
offī̄ eſt bonoꝝ quod cū mali faciūt alienas ptes
agunt· ſicut ypocrite qui tegunt ſub pſona quod
ſunt· et oñdunt in perſona quod non ſunt Chr·
in ome· Et notandum q̄ vbicunqꝫ vult monſtrare
magnum aliquod peccatum a ↄtumelia incipit· ſic
ibi· Serue neq̄ omne debitum dimiſi tibi· Et ideo
hic dicit· ypocrita eijce primum Etenī̄ que ſui ip̄i⁹
ſunt· magis aliquis nouit· q̄ que ſunt alioꝝ et q̄
maiora ſunt magis videt q̄ que minora· et ſeip̄m
magis diligit q̄ proximū· Et ideo iubet eum qui
obnoxius eſt multis peccatis· non amaꝝ eſſe iudi
cem delictoꝝ alterius ⁊ maxime cum fuerint pua
quidem ab arguendo aut a corrigendo auertens·
ſꝫ prohibet ↄpa ↄtemnere et alienis inſilere· opor
tet enī̄ vt primo cum diligencia inueſtiges q̄ tua
ſunt· et tunc que proximi ſunt diſcuties Et ideo ſe
quitur· Et tunc videbis eijcere feſtucam de oculo
fr̄is tui Aug· de ſer· d· in mon Auferentes enim
de oculo nr̄o trabem inuidencie vel malicie vel ſi=
mulacōis· videbimus eijcē feſtucā de oculo fr̄is·

**Nolite ſanctum dare canib⁹· neqꝫ mittatis margaritas veſtras ante porcos· ne forte ↄculcent eas pedib⁹ ſuis· et conuerſi diſ=rumpant vos·**

Aug· de ſer· do· ī mō·
qꝛ p̄t aliq̄s p nomen
ſimplicitatis ad quā
per ſuperiora indux
erat decipere· vt ſic
putetur vicioſum
eſſe aliqn̄ verum oc/
cultare quō vicioſū
eſt falſum dicere· rēc
ſubiungit· nolite ſan
ctum dare canibus·
neqꝫ mittatis marga
ritas vr̄as ante porcos Chr· ſup math· vel aliꝛ̄·
Juſſerat ſuperius dn̄s diligē inimicos ⁊ bn̄facere
his q̄ peccant in nos ne ḡ cogitarent ſacerdotes
etiam que dei ſunt eis ↄicare talem cogitacionem
ↄpeſcuit· d· Nolite ſanctum dare canibus· acſi· d·
Mandaui vobis diligere inimicos et bn̄facere eis
de vr̄is corpalibus bonis· non tn̄ de meis ſpirita
libus paſſim· qm̄ in natura vobiſcum ↄmunes ſūt
non in fide et deus carnalia bn̄ficia dignis et in=
dignis ſiliꝛ̄ preſtat· non autem gracias ſpiritales
Aug⁹· de ſer· d· in mon· Querendum aꝛ̄ eſt quid
ſit ſanctum· quid margarite· quid porci Sanctum
eſt quod corrumpe nephas eſt· C⁹ ſceleris volū
tas rea tenetur q̄uis illud incorruptibile maneat
Margarite autē ſunt quecunqꝫ ſpiritalia magni
eſtimanda ſunt· Licet itaqꝫ vna eademqꝫ res et ſāc
tum et margarita dici poſſit Sed ſanctum dr̄ ex eo
q̄ non dꝫ corrumpi· margarita vero ex eo q̄ non
dꝫ ↄtemni· Chri· ſup math· vel aliꝛ̄· ſanctum eſt·
ſicut baptiſmus grā corpis xp̄i et hmōi· Miſteria
aūt veritatis margarite ſunt· qꝛ ſicut margarite
incluſe cochleis poſite ſunt in profundo maris ſic
miſteria diuina vbis incluſa· poſita ſūt ī altitudīe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſenſus ſacre ſcripture Chr· in ome· Que quidem
his qui bone mentis ſunt et intellectum hñt reue-
lata honeſta apparent· his aũt qui inſenſibiles ſũt
magis videntur reuerenda· cuꝫ ignorantur Aug
de ſer· d· Canes aũt pro impugnatorib9 veritatis
Porcos pro contemptoribus poſitos ñ incongrue
accipimus· Quapropter qꝛ canes exiliunt ad dilace-
randum· qꝛ aũt dilacerant integꝝ eſſe non ſinunt
dixit· Nolite ſanctum dare canibus· qꝛ quantum i
ipis eſt ſi fieri poſſet conantur perimere veritatem
Porci aũt ꝗuis non ita vt canis morſu appetant·
paſſim tñ calcando inquinant· Et ideo dicit· Neqꝫ
mittatis mar· v· ante porcos Rab· vel canes ſũt
ad vomitum reuerſi· porci nondum conuerſi· ſꝫ in lu
to viciorꝝ verſati Chr· vel aliť· Canis et porc9
immunda aĩalia ſunt ſꝫ canis ex oĩ parte· qꝛ nec ru
minat· nec vngulam findit· porcus aũt ex parte·
nam vngulam hꝫ fiſſam· ſꝫ non ruminat· propter qđ
canes puto intelligendos· gentiles vel hereticos
oĩno immđos· et propter act9 et propter fidẽ· porcos
aũt hereticos· qꝛ nomen dñi inuocare videntur·
Non eſt ꝰ ſanctum dare canibus· qꝛ baptiſmus et
alia ſacramenta non ſunt danda niſi fidem hñtib9
Item miſteria veritatis· i· margarite ñ ſunt dãde
niſi deſiderantibus veritatem· et cum hoc racõne
humana viuentibus· Si eñ porcis ea miſeris· id ẽ
ſcenoſe vite delectacõe grauatis· ñ intelligerent
precioſitatem eaꝝ· ſꝫ eſtimant eas ſimiles ceteris
fabulis mđialibus et eas actibus ſuis carnalibus
conculcant Aug· de ſer· do· Calcari eñ dr quicqđ
contemnitur· Et ideo dr· ne forte conculcent eas pedi
bus ſuis· Glo· dicit aũt ne forte qꝛ reſipiſcere
poſſunt ab immđicia Aug· Quod auteꝫ ſequitur
Et conuerſi diſrumpant vos· Non ait ipas margari
tas· illas eñ conculcant· et cum conuertunť vt adhuc
aliquid audiant· diſrumpunt eum a quo miſſas mar-
garitas conculcãt· ñ eñ facile inuenerit qđ ei ꝗtũ
eſſe poſſet· que magno labore inuenta contemnanť·
Qui ꝰ tales docent quõ non diſrumpantur indig
nando et ſtomachãdo non video Chr· ſup mat·
Vel porci non ſolum carnalibus actibus margari
tas conculcant· ſꝫ eciam poſt modicum conuerſi per in
obediam rumpunt prebitores eaꝝ· Frequenter
auteꝫ et ſcandalizati calumniantur eos quaſi dog
matum nouorꝝ ſeminatores· Canes eciam concul-
cantes ſancta ſordidis actibus diſputacionibus
ſuis· rumpunt predicatorem veritatis· Chri· in
ome· Et bene dixit· conuerſi· Fingunt eñ manſuetu-
dinem vt addiſcant· deinde cum didicerint detra
hunt Chr· ſup math· Rõnabiľ aũt margaritas
dari porcis prohibuit qꝛ ſi porcis minus immđis
mitti vetantur· ꝗto magis canibus plus immđis
De ſancto aũt dando idem eſtimare ñ poſſum9· qꝛ
frequenter eč bñdictõꝫ dam9 peccorꝝ more viuẽ
tibus xpianis· non qꝛ merentur accipe· ſꝫ ne forte
plenius ſcandalizati diſpereant· Aug· de ſ· do·
Cauendum eſt ꝰ ne qđ aperiatur ei qui non capit
melius eñ querit id quod clauſum eſt· ꝙ id quod
apertum eſt· aut infeſtat per odium vt canis· aut
negligit per contemptum vt porcus· Non eſt auteꝫ
conſequens vt ſi verꝝ occultatur· etiam falſuꝫ dicať
qꝛ dñs ꝗuis nihil mentitus ſit· vera tñ aliq̃ occul
tauit· ſm illud· Adhuc habeo vobis multa dicere
q̃ non poteſtis portare mõ· Sed ſi aliq̃s nõ capit
propter ſordes mundandus eſt· vel verbo· vel ope
ꝗtũ fieri pť a nob· Qđ aũt dñs q̃dã dixiſſe inueniť
que multi qui aderant· vel reſiſtendo vel contem-
nendo non receperunt· non putandus eſt ſanctum
dediſſe canibus· aut margaritas ante porcos mi
ſiſſe Dedit eñ eis qui capere poterant et ſimul ad
erant· quos propter aliorꝝ immđiciam negligi non
oportebat· et ꝗuis temptantes eum in ipis q̃ eis
rñdebant contabeſcerent· alij tñ qui poterant cape
ex illorꝝ occaſione multa vtiliter audiebant· Qui
ꝰ nouit quid rñdeat dꝫ rñdere ſaltem propter illos
quibus deſperacio ſuboritur· ſi propoſitam q̃ſtioneꝫ
ſolui non poſſe crediderint· et hoc de rebus ad in
ſtructionem ſalutis pertinentibus· De ſupuacuis
aũt et noxijs nonnihil dicendum eſt· ſꝫ hoc ipm ex
plicandum eſt· cur inquirenti talia non oporteat
reſpondere

**Petite et dabitur vo
bis· querite et inuenie
tis· pulſate et aperie
tur vobis· Omnis eñ
qui petit accipit· et q̃
querit inuenit· et pul
ſanti aperietur·**

Hiero· qꝛ carnalia
ꝰ vetuerat poſtulari
quid petere deẽamus
oñdit· d· petite et da
bitur vobis Aug·
de ſer· do· Vel aliť· cũ
preceptum eſſet· ne
ſanctum dareť cani-
bus· et ne margarite
ante porcos mitta nť
potuit auditor ſue ig
norancie conſcius dicẽ
quid ſanctũ me dare
canibus vetas· cum adhuc me habere non videaꝫ
et ideo oportune ſubiecit· d· Petite et accipietis·
Chr· ſup math· Vel aliť· qm̃ ad ſignificandam
orõꝫ quedam dederat eis mandata· d· nolite iudi-
care· competenter adiungit· petite et dabitur vobis
· q· d· Si hanc clemenciam ſeruaueritis ad inicos
quicq̃d clauſum vobis videtur· pulſate et aperieť
vobis Petite ꝰ precibus die ac nocte orantes· q̃ri
te ſtudio et labore· nec eñ laborantes circa ſcrip
turas acquirimus ſciam ſine grã dei· nec graciam
acquirimus niſi ſtuduerimus· nedum dei negligen
tibus detur· Pulſate aũt orõne et ieiunijs et ele-
moſinis· Sicut eñ qui pulſat hoſtium non tñ vo-
ce clamat ſꝫ manu Sic et qui bona opa facit pulſat
opibus bonis· Sed dices· Hoc ipm peto vt ſciam
et faciam· quõ ꝰ poſſum facẽ priuſq̃ꝫ accipiã Sed
quod potes fac· vt amplius poſſis· et quod ſcis
ſerua· vt amplius ſcias· Vel aliť· cum dixiſſet ſ oi-
bus vt indulgerent inimicis· et poſtea phibuerit
ne ſub obtentu dilectionis ſancta canibus darent·
nunc dat eis bonum conſilium· vt petant deum pro
illis et dabitur eis· querant eos q̃ perierant in
peccatis et inuenient· Pulſent eos qui in errori-
bus ſunt concluſi· et aperiet eos deus vt hẽat ſmo
eorꝝ ad animas eorꝝ ingreſſum· Vel aliť· qm̃ maio
ra erant mandata ſupius poſita ꝙ virtus hũana·
tranſmittit eos ad deum· c9 grẽ nihil impoſſibile
eſt· d· Petite et dabitur vobis· vt qđ ex hoĩbus
conſumari non pť per grãm dei adimpleatur· Cum
eñ alia aĩalia deus muniuerit veloci pedũ curſu·
aut velocibus pennis· aut vnguib9 aut dentibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut cornibus. hoīez ſoluz ſic diſpoſuit vt virtus il lius ſit ipē vt infirmitatis ſue neceſſitate coactus· ſp̄ neceſſarium habeat dn̄m ſuum· Glo· petimus aūt fide· querimus ſpe· pulſamus caritate· Primū petere debes· vt habeas· poſt querē vt inuenias inuenta obſeruare vt introeas Remi· vel aliter· Petimus orando· querimus recte viuendo· pulſa/ mus perſeuerando Aug· de ſer· d· in mon· peticō aūt pertinet ad impetrandam ſanitatem aī vt ea que precipiuntur implere poſſimus · Inquiſitio aūt ad inueniendam veritatem· Sed cum q̄ſq3 ve ram viaz inuenerit puenīet ad ipām poſſeſſionem que tm̄ pulſanti aperietur Aug· in li· retractac· Operioſe q̄dem iſta tria quid inter ſe dr̄ant ·ſic ex ponendum putaui· ſ3 lōge meli⁹· ad inſtantiſſimā petitōnem omnia referuntur· vnde poſtea conclu dit dicens ·dabit bona petentib⁹ ſe Chr· in ho· Per h̄ g̃ q̄ addidit· querite et pulſate· cum inſtan cia multa et robore peti iuſſit· Qui em̄ querit oīa alia proijcit a mente· et ad illud ſoluz afficitur q̄d queritur· Qui aūt pulſat cum vehemencia et feruī da mente venit Chr· ſup math· Quia vo dixerat Petite et accipietis· ne forte peccatores audiētes dicerent· ad h̄ dn̄s dignos hortatur· nos aūt in/ digni ſumus· Ideo repetit vt tam iuſtis q̄ pecca toribus miāz dei ɔmendet· Et ideo dicit· omis qui petit accipit· i· ſiue iuſtus ſit ſiue peccator· tm̄ pe tere non dubitet vt oſtet nemīnez ſperni· niſi qui petere dubitauit a deo· Non enim credibile eſt vt opus pietatis quod exhibetur bn̄faciendo inīcis· deus iniungat hoībus· ipē aūt non faciat cum ſit bonus Aug· ſup iohēz· Vnde et peccatores ex/ audit deus Si em̄ peccatores non audiret fruſtra publicanus dixiſſet· Dn̄e ꝓpicius eſto mihi pctori et ex iſta ɔfeſſione meruiſſet iuſtificationē Aug· in li· ſn̄iaꝝ proſperi Fidelis aūt ſupplicans deo pro neceſſitatibus h⁹ vite et miſericorditer auditur· et miſericorditer nō auditur· Quid em̄ infir mo ſit vtile magis nouit medicus q̄ egrotus· Si aūt id poſtulat· quod deus et precipit et promittit ·fiet oīno quod poſcit· q2 accipiet caritas q̄d petit ve ritas Aug· ad paulinum et hieraſiam· bonus aē dn̄s qui non tribuit ſepe quod volumus vt quod mallem⁹ attribuat Aug· de ver· do· pſeuerācia etiam opus eſt vt accipiamus q̄d petimus Aug· de ſer· do· Cum em̄ deus aliq̄n tardius dat· ɔmen det dona· non negat ·diu deſiderata dulcius obti nentur ·cito autē data vileſcunt· Pete g̃ et quere iuſta· Petendo em̄ et querendo creſcis vt capias· Seruat tibi deus quod non vult cito dare · vt tu diſcas magna magne ɔſiderare· Ideo oportet ſp̄ orare et non deficere

Aut quis ē ex voƀ hō quē ſi pecierit fili⁹ ſu⁹ panē· nunq̄d lapidez porrigit ei· aut ſi piſcē pecierit nunq̄d ſerpē tem porrigit illi· Si ergo vos cuz ſitis ma li noſtis bona data da re filijs vr̄is· q̄to ma giſ pr̄ vr̄ qui in celis eſt· dabit bona peten tibus ſe ·

Aug· de ſer· d· Sicͭ ſupioribus egit de volatilibus celi et de lilijs agri· vt ſpes de minorib⁹ ad maiora ɔſurgeret ·ita et in h̄ loco · cum dicit· Aut quis ex vobis homo Chr· ſup matheū· ne forte em̄ aliq̄s con ſiderans quanta eſt dr̄na inter deū et ho minem· et ponderans peccata ſua dū deſpe rat impetrare· nec in cipiat petere patruz et filioꝝ ſilitudinem introduxit vt ſi ꝓpter peccata nr̄a deſpera mus ꝓpter pr̄nam bo nitatem dei ſperemus Chr· in ome· Duo autem oportet adeſſe oranti· et petere vehementer· et q̄ oportet petere· Hec aūt ſunt ſpiritalia· Etem̄ ſa/ lomon quia peciit quod petere oportebat velocit̄ accepit· Que aūt petere oportet ſub ſimilitudine panis et piſcis oſn̄dit· Panis em̄ eſt verbuz de no ticia dei patris Lapis eſt omne mendacium quod h3 ſcandalum offenſionis ad aīam Rem· Piſcem aūt poſſumus intelligere verbum de xp̄o· ſpentē aūt ipm̄ dyabolū· Vel per panem intelligitur do ctrina ſpiritalis· per lapidem ignorancia· p piſcē vnda baptiſmatis ſacri· per ſerpentem aſtucia dy aboli ſiue infidelitas· Raba· vel panis qui ē oīs cibus· caritatem ſignificat· ſine qua alie virtutes nihil valent· Piſcis ſignificat fidem que ex aqua baptiſmatis orta eſt· Et in medijs fluctibus h⁹ vi te pulſatur· et tn̄ viuit· Lucas aūt addidit terciuz ſc3 ouum quod eſt ſpes aīalis vnde ſpez ſignificat Contra caritatem ponit lapidem· i· odij duriciaz Contra fidem ſerpentem· i· perfidie venenū· ɔtra ſpem ſcorpionem· i· deſperacionem que retro pū git ſicut ſcorpio Remig· Eſt g̃ ſenſus· Non eſt ti mendum q̄ ſi petamus a deo patre panem· i· doc trinam vel caritatem· q̄ porrigat lapidem· i· q̄ p mittat cor nr̄m ɔſtrigi aut frigore odioꝝ aut du ricia mentis· Vel ſi q̄ pecierimus fidem ipē nos p mittat perire veneno infidelitatis· Vnde ſequit· Si g̃ vos cum ſitis mali· Chri· in ome· Hec aūt dixit· non detrahens humane nature· neq3 malum ɔſidens omne genus humanuz· ſ3 ad dr̄naz bonita tis ſue dilectionem pr̄nam maliciam vocans tanta eſt ſupabundancia amoris ipius ad homīes· Quia q̄tum ad ɔparacō3 dei qui ſolus ſingulariter bonus eſt omnes mali videntur· ſicut ad ɔparacionez ſolis omne lucidum videtur obſcuꝝ Hiero· vel ī apo ſtoloꝝ poſitione omne hoim genus damnatur c⁹ ab infancia cor ad malum appoſitum eſt vt in geñ· legitur· Nec miꝝ hoīes h⁹ ſeculi dici malos cum et apoſtolus memoret· qm̄ dies mali ſunt Aug⁹ de ſer· do· vel malos appellauit h⁹ ſeculi dilecto res· vnde et bō que dant· ſm̄ coꝝ ſenſum bō dicen da ſunt· q2 hoc pro bonis hn̄t · quanq̄ et in reꝝ natura iſta bō ſint ſc3 tpalia· Et ad iſtam vitaz in firmam pertinencia Aug· de ver· do· Bonū em̄ quod facit bonos deus eſt· Auꝝ aūt et argentum bonum eſt· non q̄ te faciat bonum · ſ3 vnde facias bonum· Mali g̃ cum ſimus et bonum pr̄em hēam⁹ non ſp̄ mali remaneamus· Aug· de ſer· do· Si g̃ cum ſimus mali· nouimus id dare quod petim⁹· q̄n to magis ſperandū eſt da tuꝝ deū nobis bona pe tentibus Chr· ſup math· qm̄ aūt non oīa peten tibus preſtat· ſ3 bō tm̄modo· ideo ɔuenienter ad/ didit bō Glo· a deo em̄ non niſi bō percipimus·

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

qualiacunq̃ nobis videant̃· oĩa eñ dilectis ĩ bonũ
coopant̃ Rem· Et ſciendũ q̄ vbi math̃s ſic dicit
Dabit bõ· lucas dicit· dabit ſpm̃ bonum· ſ; non d;
videri contrarium· q; cuncta bona que hõ a deo
accipit per graciam ſpiritusſancti dantur·

**Oĩa ergo quecunq̃ vultis vt faciant vob̃ hoĩes ⁊ vos facite eis hec eſt eñ lex et pphe**

Aug· de ſer· d· Firmi/
mitas quedam et va
lencia ambulandi per
ſapi: viam in bonis
moribus ↄſtituta eſt
quibus perducuntur
hoĩes vſq; ad mũda
tionẽ et ſimplicitatẽ
cordis· de qua iam diu loquens ita ↄcludit· Omĩa
ḡ quecunq̃ vultis· Nemo eñ eſt qui velit quenq̃
duplici corde ſecum agere Chr· ſup math· Vel
alr̃· ſ̃ ppter ſanctificandam oroẑ mandauit vt non
iudicent hoĩes eos qui peccant in ip̃os· Et q; ab
ordine narrationis ſue recedens introduxit alia q̄
da; nunc ad mandatũ q̄ ceperat· rediens ait· Oĩa
quecunq̃ vultis· i· non ſolum mando· nolite iudi=
care· ſ; et oĩa quecunq̃ vultis vt faciant vobis ho
mines et vos facite eis· et tunc impetrabilr̃ pote=
ritis orare Glo· vel alr̃· oĩm bonoꝝ ſpiritalium
diſtributor eſt ſpũſſanctus vt opa caritatis imple
antur· Vnde ſubdit· Oĩa ḡ Chr· in ome· Vel alr̃
vult dñs demr̃are qm̃ oportet hoĩes et ſuperius
inquirere auxilium· et que a ſeip̃is ſunt ſi͛ inferre
Vnde cum dixiſſet· Petite querite et pulſate· doc;
aperte ip̃os hoĩes ſtudioſos eſſe· et ideo ſubdit
Oĩa quecunq̃ Aug· de ver· do· Vel alr̃· promiſe
rat ſe dñs petentibus bõ largituꝝ· vt aũt ille ag
noſcat mendicos ſuos agnoſcamus et nos noſtros
Excepta eñ ſuba facultatu;· tales ſunt qui petũt
quales a quibus petunt· Quam fronte; habes pe
tendi ad deum tuum· qui non agnoſcis parem tuũ
Hinc eſt quod in prouer· d; · Qui obturat aurem
ſuam ad clamorem paup̃is· et ip̃e clamabit· et non
exaudietur· Quid aũt petenti proximo debeamus
impendere· vt et ip̃i audiamr̃ a deo· ex h̃ ↄſiderare
poſſumus quod ab alijs volumus nobis impendi·
Et ideo dixit· oĩa ḡ quecunq̃ vultis Chr· in ho·
non ſimplr̃ dicit oĩa ſ; addidit ḡ· q· d· Si vultis au
dire cum illis· que dixi et hec facite· Non aũt dixit·
quecunq̃ vis effici tibi a deo hec fac ad p̃ximum
vt non dicas qualr̃ hoc eſt poſſibile· Sed ait· que
cunq̃ volueris effici tibi a ↄſeruo· hec et circa p̃xi
mum oſ̃dere Aug· de ſer· do· Quidam latini co=
dices hñt additum bõ quod additum puta ad ma
nifeſtacionem ſñie· Occurrebat eñ q̄ ſi quiſq̃ fla
gicioſe aliquid erga ſe fieri velit· et ad h̃ referat
iſtam ſñiam· vt hoc prior illi faciat a quo ſibi fieri
cupit· ridiculum eſt hunc putare iſtam impleſſe
ſñiam· Intelligendum eſt aũt perfectam eſſe ſñiam
etiam ſi h̃ non addatur· Qd eñ dictum eſt· oĩa que
cunq̃ vultis· non vſitate ac paſſim· ſ; p̃pe dictum
accipi oportet Voluntas nanq; non eſt niſi in boĩs
nam in malis cupiditas p̃pe dr̃· non voluntas· Nõ
q; ſic ſp loquantur ſcripture· ſ; vbi oportet ibi oĩ
no p̃pm̃ verbum tenent· vt non aliud intelligatur
Cipri· de oroe dñica· Cum aũt dei verbum dñs
ihs xp̃s oĩbus venerit preceptoꝝ ſuoꝝ fecit g̃nde
ↄpendium· cum dixit· Quecunq̃ vultis vt faciant
vobis hoĩes et vos facite eis· Vnde ſubdit· Hec ẽ
eñ lex et pphete· Chr· ſup math· Nam quecũq;
lex et pphete ſparſim in oĩbus preceperunt ſcrip
turis in hoc ↄpendioſo ↄtinentur mandato· quaſi
innumerabiles arboꝝ rami in vna radice Greg·
x· mora· Qui eñ cogitat vt ea alteri faciat· q̄ ip̃e
ſibi ab altero fieri expectat· penſat nimiꝝ vt mal͛
bona· et bonis meliora reddat· Chr· in ome· Vñ
manifeſtũ eſt etiam· qm̃ ex nobis que deceant oẽs
ſcimus· et non eſt poſſibile ad ignorancia; refugẽ
Aug· de ſer· do· Videtur aũt hoc preceptũ ad
dilectionem proximi pertinere· non autem ad dei
cum in alio loco duo eſſe precepta dicat· in quib᷒
lex pendet et pphete· Cum aũt hic non addit tota
lex· quod ibi addidit· ſuauit locum alteri p̃cepto·
quod eſt de dilectione dei Aug· viij· de tri· vel
alr̃· Ideo ſcriptura tm̃ dilectionem proximi ↄme=
morat cum dicit· oĩa quecunq̃ vultis· q; qui pro=
ximum diligit· ↄſequens eſt· vt et ip̃a; precipue
dilectionem diligat· deus autem dilectio eſt· Con
ſequens eſt ḡ vt precipue diligat deum·

**Intrate per anguſtã portam q; lata porta et ſpacioſa via ducit ad perdicionẽ et multi ſunt qui intrant p ea; Qm̃ anguſta porta ⁊ arta via q̄ ducit ad vitam et pauci ſũt qui inueniunt eam·**

Aug· de ſ· d· in mo·
Admonuerat ſupius
dñs ad hñdũ cor ſim
plex et mũdũ· in quo
queritur deus· ſ; q̄a
hoc paucoꝝ eſt· iam
incipit de inueſtigan
da ſapia loqui· cui in
ueſtigande et ↄtem=
plande talis oculus
per oĩa ſupiora per=
ductus eſt· q̄ videri
iam poſſit arta via et
anguſta porta Vnde
ſubdit· Intrate per
anguſtam portam· Glo· vel alr̃· Et ſi difficile ſit
vt alij facias quod tibi vis fieri· tñ ſic faciendu; eſt
vt intremus per anguſta; portã Chr· ſup mat·
Vel alr̃· Tercia hec ↄueniencia ad iuſticia; ieiunij
pertinet· vt ſit ordo narracionis talis· Tu autem
cum ieiunas vnge caput tuum· et poſtea ſequatur
Intrate per anguſtam porta;· precipue eñ tres
ſunt naturales paſſiones et intime carnis· Primo
eſca et potus· deinde amor viri ad mulierem· Ter
cio loco ſomnus· Et ideo grauius eſt eas a natura
carnali precidere q̄ ceteras paſſiones Et ideo nul
lius paſſionis abſtinencia ſic ſanctificat corp᷒· ſic
q̄ homo ſit caſtus ieiunus et in vigilijs pſeuerãs
ḡ ppter oẽs has iuſticias· et precipue ppter labo
rioſiſſimum ieiunium dicit· Intrate per anguſta;
portam· Porta perditionis eſt dyabolus· per q̄;
introitur in gehennam· porta vite eſt xp̃s· p quẽ
introitur in regna celeſtia· Lata aũt porta d; eſſe
dyabolus· non magnitudine p̃tatis extenſus· ſed
effrenate ſuperbie licencia dilatatus· Porta aũt
anguſta d; xp̃s non paruitate p̃tatis exiguus ſed
humilitatis rõe collectus· q; quem totus ñ capit
mũdus· ſeip̃m intra anguſtias vteri virginalis inclu
ſit· Via aũt perditionis eſt oĩs iniquitas· Dicitur
aũt ſpacioſa· q; non eſt intra regulam diſcipline

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

incluſa et ambulantes in ea qcqd eos delectauerit hoc ſequunt᷑· Via aūt vite dr̄ eſſe omīs iuſticia· et ꝓpter ꝯtrarias cāſ eſſe arta· Conſiderandum aūt qꝛ niſi quis ambulauerit per viaꝫ· non pt̄ ꝑuenire ad poꝛtam· Qui eīn non ambulant ꝑ viam iuſticie impoſſibile eſt vt vere xp̄m ꝯgnoſcant Similiter nec incurrit in manus dyaboli· niſi qui in via ambulat peccatoꝝ· Greg· ſup ezechielem· qm̄uis aūt caritas ſit lata tn̄ per anguſta et ardua hoīes ducit a terra· Satis anguſtum eſt oīa p̄termittē· vnum ſoluꝫ diligere· proſpera non ambire· aduerſa non timere Chr· in ome· Sꝫ cū poſtea dicat· Jugum meuꝫ ſuaue eſt et onꝰ meū leue· qualiter hic anguſtam viaꝫ eſſe ait et artam Sed et hic mōſtrat eam leuem eſſe et ſuauē· qm̄ via eſt et poꝛta ſic̄ et altera q̄ lata et ſpacioſa dr̄· ipa via ⁊ poꝛta ē· Hoꝝ aūt nihil manſuꝝ eſt· ſꝫ oīa ptranſeūt Tranſire aūt labores et ſudores ⁊ in bonū finem deuenire· ſ· i vitaꝫ· ſufficiens ē mitigare eos q̇ agones paciunt᷑· Si eīn tempeſtates nautis et vulnera militibus leuia ſunt ꝓpter ſpem premioꝝ ꝑeunciuꝫ multomagis cum celuꝫ p̄iacens fuerit et immoꝛtalia premia· nullum aliqs ſenciet imminentiuꝫ periculoꝝ· Sed et hoc id eſt anguſtam vocare· maxime ad faciendum eam leuem conferebat· Vigilare eīn eos preparabat· Hꝫ eīn dn̄s dicit erigens nr̄m deſideriū q̇ eīn in agone certat· cū viderit p̄ncipē admirantem labores agonū animoſior fit Ne igit᷑ meſti ſimus cū multa nobis hic ꝯtigerint triſtia· qꝛ arta eſt via ſꝫ non ciuitas· Jdeo neqꝫ hꝫ quietem oportet expectare neqꝫ ibi triſte aliqd p̄ſtolari Dicens aūt· qm̄ pauci ſūt qui inueneꝛt eā· rurſus hic multoꝝ deſidiam ſignificauit ⁊ audientes erudiuit· non multoꝝ proſperitatibus attendē ſꝫ paucoꝝ laboꝛibꝰ Hiero· ſignificanter igit᷑ de vtꝛoqꝫ locutus dixit· q̄ per latam multi ambulant· anguſtam pauci inueniunt· Latam eīn n̄ querimus· nec inuencione opus eſt· ſponte ſe offert et errantiuꝫ via eſt Anguſtam vero nec oēs inueniunt nec qui inuenerint ſtatim ingrediuntur per eam· Siqdem multi inuenta veritatis via· capti voluptatibꝰ ſeculi de medio itinē reuertunt᷑ Chr· ſup math·

**Attendite a falſis ꝓphetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium· Intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces· A fructibus eoꝛum cognoſcetis eos· Nunqd colligunt de ſpinis vuas· aut de tribulis ficus· Sic omnis arboꝛ bona fructus bonos facit· mala autēꝫ arboꝛ malos fructus facit· Non poteſt arboꝛ bona fructus malos facere· nec arboꝛ mala fructus bonos facere· Omnis arboꝛ que non facit fructuꝫ bonum excidetur et in ignem mittetur· Igitur ex fructibus eoꝝ ꝯgnoſcetis eos·**

Supra mandauerat apl̄is dn̄s· ne elias· oꝛ̄ones et ieiunia coram hoīb᷒ ſic̄ ypocrite faciant· Et ideo ad ꝯgnoſcendum qꝛ hec oīa in ypocriſi fieri poſſunt loqtur· d Attendite a falſis ꝓphetis Aug· de ſer· do· Vel alr̄· cū dixiſſꝫ dn̄s paucos eſſe qui inueniunt anguſtam poꝛtam et artaꝫ viaꝫ ne heretici q̇ pleꝝqꝫ ſe ſꝫ noīe paucitatis ꝯmendant · ſe nobis ſupponant· ſtatim ſubjicit dicens· attēdite a falſis ꝓphetis Chr· in ome· Vel alr̄ qꝛ dictuꝫ eſt q̄ anguſta eſt poꝛta· ſꝫ ⁊ multi ſūt qui peruertunt eaꝫ que illuc fert viā Jdeoqꝫ induxit· attēdite a falſis ꝓphetis Jn quo vt maiorem ſolicitudinem hēant meminit eoꝛum que in patribus eoꝝ facta ſunt· falſos ꝓphetas vocans· et eīn tūc talia ꝯtigerunt Chr· ſup mat· Qd aūt ſcriptum eſt· ſ· qꝛ lex et ꝓphete vſqꝫ ad Johannem dr̄· quia ꝓphecia de xp̄o non erat futura poſt eum· ꝓphete aūt et fuer̄t et ſunt· ſꝫ qui non ꝓphetarent de xp̄o ſꝫ qui interp̄tarentur ea que de xp̄o ab āntiquis fuerent ꝓphetata· i· doctoꝛes eccleſiaꝝ· Nec enim pt̄ quis ꝓpheticos interp̄tari ſenſus niſi ꝑ ſpm̄ ꝓphecie· Sciens ḡ dn̄s futuros eſſe falſos doctoꝛes here̾um diuerſarum ammonet· d· Attendite a falſis ꝓphetis· Quia eīn non erant futuri maīfeſti gentiles· ſꝫ abſconditi ſub noīe xp̄iano· non dixit· aſpicite ſꝫ attendite vbi eīn res certa eſt· aſpicitur · i· ſin pſr̄ videtur· vbi aūt incerta attenditur id ē caute ꝯſideratur· Jtem dicit· attendite· qꝛ firma tutela ſalutis eſt ſcire quem fugias· Non auteꝫ ſic admonet attendite· quaſi inuito deo dyabolus hereſes introducat· ſꝫ eo permittente qꝛ eīn non ſine iudicio vult ſeruos ſuos habere· ideo miſit temptacionem· qꝛ vero non vult eos per ignoranciam perire· ideo premonet· Ne aūt aliquis hereticus doctoꝛ dicat· qꝛ non dixit nos falſos ꝓphetas· ſed gentilium et iudeoꝝ doctores ideo addidit· Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium· Oues enim xp̄iani dicuntur· Veſtimentum aūt ouile eſt ſpēs xp̄ianitatis et ſimulate religionis· Nulla aūt res ſic exterminat bonum ſicut ſimulacio· Nam malum ſub ſpecie boni celatum· dum non ꝯgnoſcitur non cauetur· Et ne adhuc dicat hereticus· quia de veris doctoꝛibus loquitur· qui tn̄ pc̄tores ſunt Jdeo addit· intrinſecus autem ſunt lupi rapaces Catholici· at doctores et ſi fuerīt peccatores· ſerui quidem carnis dicuntur· non tn̄ lupi rapaces qꝛ non hn̄t ꝓpoſitum perdere xp̄ianos· Manifeſte ḡ de hereticis doctoꝛibus dicit· quia eo propoſito ſpeciem̄ xp̄iſtianorum ſuſcipiunt · vt xp̄ianos iniquo ſeductionis morſu dilament· de qbus dixit apl̄us· Scio qꝛ poſt diſceſſum meum intrabunt in vos lupi graues· non parcentes gregi Chri· in ome· Sed tn̄ videtur falſos ꝓphetas hic non hereticos inſinuare· ſꝫ eos quidem qui vite ſunt coꝛrupte· ſꝫ facie qdem virtutis induunt᷑· qꝛ induxit A fructibus eoꝝ ꝯgnoſcetis eos Apud hereticos eīn eſt multociens et vitam inuenire· apud hos aūt quos dixi nequaqꝫ Aug· de ſer· d· Vñ rectiſſime queritur· qs fructus nos attendere voluerit Multi eīn quedam in fructibus deputant· q̄ ad veſtitū ouium pertinent· et hꝫ mō de lupis decipiunt᷑· ſecuti eīn ſunt vel ieiunia vel elemoſinas vel oꝛ̄ones q̄ pretendūt hoīb᷒ placere cupientes eis qbus iſta

difficilia videntur·Vñ ḡ non ſunt fructus·de q̄bꝰ
ꝯgnoſci iſtos monet Iſta eñ que cū bono aīo fiūt
ſunt ꝓpe ouibus veſtes·Cum aūt malo in errore ñ
aliud q̄ lupos tegunt Sed ñ ideo dñr oues odiſſe
veſtimentum ſuum q̄ plerūq3 illo ſe occultāt lupi
Qui ḡ ſunt fructꝰ q̄bus ꝯgnoſcamus arborē malā
dic̄ aplūs·manifeſta ſunt opa carnis·que ſunt for
nicacio·inmūdicie·Qui ſunt fructus quibus ꝯgno
ſcamus arborem bonam·idem aplūs oñdit dicens
Fructus aūt ſpūs ſūt caritas·gaudium·pax Chr·
ſup mathe·Fructus eē eiꝰ·eſt ꝯfeſſio eꝰ fidei·Qui
eñ ſm deum vocem humilitatis et vere ꝯfeſſiōis
emittit·ouis eſt·qui aūt ꝯtra veritatem blaſphe/
mus vlulat ꝯtra deum·lupus eſt Hiero·et ſic ḡ
pt̄ de oībus intelligi·quod h̄ de falſis ꝓphetis dr̄
qui aliud habitu ac ſermone promittunt aliud ope
demōſtrant·ſpecialr̄ de hereticis intelligendū videt̄
qui videntur ꝯtinencia ac ieiunio quaſi q̄dam pie
tatis veſte ſe circundare·intrinſecus aūt habentes
aīm venenatū·ſimpliciorū frm corda decipiunt
Aug·de ſer·do·in mon·Sed ex opibus omci pōt
vtrū exteriorem cultum ambicōe aliqua faciāt·cū
eñ ceperint aliquibus temtacionibus ea ipa vel
ſubtrahi vel negari que iſto velamine vel ꝯſecuti
ſunt vel ꝯſeq̄ cupiebāt·tunc neceſſe eſt vt appareat
vtrū lupus in ouina pelle ſit·an ouis i ſua Greg
·xxxi·mora·ypocrita etiam ſancte eccie pace ꝓmitt̄
idcirco añ oculos nr̄os religione veſtit̄·Si q̄ vo
fidei temtacio erumpat·ſtatim lupi mens rabida
habitu ſe ouine pellis expoliat·q̄tumcunq3 ꝯtra
bonos ſeuiat·perſeq̄ns demōſtrat Chr·in ho· faci
le eē ypocrite capiunt̄ via eñ quā iuſſi ſunt ambu
lare laborioſa eſt·ypocrita aūt laborare nō vtiq3
eliget·Deinde vt ñ dicas·qm̄ impoſſibile eſt ꝯg
noſcere tales·rurſum rōē ab huāno exemplo ponit
·d·Nunquid colligunt de ſpinis vuas·aut de tri/
bulis ficus Chr·vua in ſe miſterium xp̄i h3 ſicut
eñ botrus multa in ſe grana ligno mediante ſuſpen
dit·ſic et xp̄s multos ſibi fideles per lignū crucis
tenet adiunctos Ficus aūt eſt eccia que multos fi
deles tenet dulci quodā caritatis amplexu·ſicut
ficus multa grana vno tegmine tenet incluſa·Sūt
ḡ ficus ſigna hec caritatis quidem in dulcedine·
vnitatis aūt in ꝯiunctione granorū·In vua autē
pacie quid ſignum eſt·q2 in torcular mittit̄·gau
dij aūt·q2 vinū letificat cor hoīs·ſinceritatis q2
non eſt aq̄ permixtum·ſuauitatis aūt in delectacōe
Spine aūt et tribuli ſūt heretici·ſicut ḡ ſpina vl̄
tribulus ex quacunq3 pte h3 aculeos·ſic et ſer· os
dyaboli·ex q̄cunq3 parte ꝯſideraueris iniquitatis
pleni ſunt·Non pñt ḡ huiōi ſpine et tribli eccīaſti
cos fructus proferre·Qd aūt particulariter ſub ſili
tudine ficus et vitis ſpine et tribuli dixerat·oñdit
ꝯſequenter vlr̄ eſſe verum·cum dicit·Sic oīs ar
bor bona fructus bonos facit·mala aūt arbor fru
ctus malos facit Aug·de ſer·d·In h̄ aūt loco illorū
error cauendus eſt·qui de duabus arboribꝰ duas
naturas opinant̄ eſſe·quarū vna ſit dei altera vo
non·Non aūt eos adiuuare duas iſtas arbores dōm
eſt q2 de hoībus eum dicere planū eſt·ſiquis pre
cedencia et ꝯſequencia legerit Aug·xij·de ci·di
hoībus aūt predictis ipe nature diſplicent·ñ eas

ꝯſiderantibus ſm vtilitatem ſuam·Non autem ex
ꝯmodo vel incommodo nr̄o·ſ3 per ſeipās ꝯſidera
ta natura dat artifici ſuo gloriā·Nature igit̄ oēs
qm̄ ſūt et ideo hñt modum ſuum ſpēm ſuā et q̄n
dam ſecum pacem ſuam profecto bone ſūt Chr·
Vt aūt nullus dicat·qm̄ mala arbor fert quidem
fructus malos·fert aūt et bonos·Et ſic difficilis
ſit ꝯgnicio·duplici prolacione exiſtente·Ideo ſb̄
iungit·non pt̄ arbor bona fructus malos facere·
neq3 arbor mala fructus bonos facē Aug·de h·
d·Ex hoc verbo putant manichei neq3 aīā malā
fieri poſſe vt in melius ꝯmutetur·neq3 bonam in
deterius·quaſi dictum ſit·Non pt̄ arbor bō mala
fieri·neq3 mala fieri bona·ſ3 ita dictū eſt·Non pt̄
arbor bona fructus malos facere·nec econuerſo·
Arbor quippe eſt ipa aīa·id eſt ipe homo·fructꝰ
vero opa hoīs Non ḡ pt̄ malus homo bona opari
neq3 bonus mala·Ergo ſi vult malus bona opari·
prius bonus fiat·Quamdiu aūt quiſq3 malus eſt·
non pt̄ facere fructus bonos·Sicut aūt pōt fieri·
vt quod fuit nix non ſit·non aūt vt nix ſit calida·
ſic poteſt fieri vt qui malus fuit non ſit malus·nō
tñ fieri pt̄ vt malus benefaciat·q2 et ſi aliq̄n vtil̄
eſt non hoc ipe facit·ſ3 fit de illo diuina ꝓuidēcia
procurante Raba·homo aūt ipe arbor bona vel
mala dr·ꝓpter voluntatem bonam vel malam·fru
ctus aūt ſunt opa que nec bona male voluntatis ēe
poſſunt·nec mala bone voluntatis Aug·ꝯt̄ iul̄
Sicut autem manifeſtū eſt ex voluntate mala tan
q̄ ex arbore mala fructꝰ eꝰ fieri oīa opa mala·ſic
ipam voluntatem malam vnde dices eſſe exortā
niſi quia voluntas mala angeli ex angelo·ex hoīe
hoīs orta eſt·Quid aūt erant hec duo anteq̄ in eis
iſta mala orirentur niſi bonum opus dei·et bona
atq3 laudanda natura·Ecce ḡ ex bono oritur ma
lum·nec fuit oīno vñ oriri poſſit·nec ex bono ipā
dico voluntatem malam·qm̄ nullum malū ꝑceſſit
non opa mala que non ſunt niſi ex voluntate mala
tanq̄ ex arbore mala·nec ideo tanq̄ ex bono potu
it oriri voluntas mala·q2 bonum factum eſt a bo
no deo·ſ3 q2 de nihilo factū ē non de deo Hier·
querebamus aūt ab hereticis qui duas in ſe ꝯtra
rias dicunt eſſe naturas·ſi iuxta intelligenciā eorū
arbor bona malos fructus facē nunq̄ pt̄·quomō
moyſes arbor bona peccauerit ad aq̄ ꝯtradictōis
petrus q3 in paſſione dñm negauerit·d·Neſcio ho
minem Aut qua ꝯſequencia ſocer moyſi arbor ma
la qui in deum iſrahel ñ credebat dedit conſilium
bonum Chr·in ome·Quia vero punire non iu
ſſerat falſos ꝓphetas·ideo terret eos ſm penam·
que eſt a deo·d·oīs arbor que non facit fructum
bonum excidetur et in ignē mittetur·quibus ver
bis et iudeos inſinuare videtur·Ideoq3 verbo
rum iohannis baptiſte meminit per eadē verba
penam eis ſubſcribens·Etenī et ille hoc dixit ad
iudeos·ſecurim et arborem inciſam·et ignem inex
tinguibilem ꝯmemorans·Siquis aūt diligenter
inueſtigabit·due pene ſūt et excidi et comburi·q̄
eñ obruitur et a regno excitetur oīno·que pena
difficilior eſt·multi aūt gehennā ſolū abhorrēt
Ego aūt caſum illius glīe multo amariorem penā
gehenne eſſe dico·Qd enim paruum vel magnum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

malum non ſuſciperet·Pater vt videat et pociat̄ dulciſſimo filio· hoc itaqꝫ in glā illa putemus·Nō em̄ aliquis filius ita ſuauis eſt patri vt illoꝝ bonoꝝ requies et diſſolui et eſſe cum xp̄o·intollerabilis quidez pena eſt a gehenna·ſꝫ ſiqs decē mille ponat gehennas nihil tale dicit quale eſt a beata gloria illa excidere et odio hr̄i a xp̄o Glo·ex premiſſa aūt ſimilitudine ↄcludit quod ſ̄ iaꝫ dixerat quaſi manifeſtum dicens Igitur ex fructibus eoꝝ ↄgnoſcetis eos

**Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnuꝫ celorum·ſed qui facit voluntatem patris mei· qui in celis eſt ipē intrabit in regnum celorum·Multi dicent mihi in illa die·domine domine· nonne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo demonia eiicim⁹ et in nomine tuo virtutes multas fecim⁹ Et tunc confitebor illis·quia nunq̄m noui vos·diſcedite a me q̄ operamini iniquitatē**

Hiero⁹·Sicut ſ̄ dixerat eos qui hn̄t veſtem bone vite nō recipiendos propter dogmatum neqciam ita nunc econtrario aſſerit·nec his quidē accommodandam fidem·qui cuꝫ polleāt integritate doctrine mal' opib⁹ deſtruūt· vtrumqꝫ em̄ dei ſuis neceſſarium eſt vt et opus ſermone a ſmo opibus ↄprobetur· Et ideo dicit·Nō oīs qui dicit mihi domie dn̄e intrabit i regnū celoꝝ Chr·in ho· Vbi iudeos maxime tangere videtur in dogmatibus oīa ponentes·Vn̄ et paul⁹ eos incuſat dicens· ſi aūt tu iudeus ↄgnominaris et requieſcis in lege Chr·ſuper mat·Vel aliť·qm̄ falſos ꝓphetas a veros ex fructibus eoꝝ docuit diſcernendos·h iam manifeſtius docet qui ſunt fructus quib⁹ diſcernunt̄ probi doctores et reprobi Aug·de ſer·do·Cauendum em̄ eſt in ipō xp̄i noīe ab hereticis vel q̄buſlibet male intelligentibus et ſeculi h⁹ amatoribus ne decipiam̄·Et ideo dicit·non oīs qui dicit mihi dn̄e dn̄e·Sed merito pt̄ moué quō huic ſn̄e ↄueniat illud apl̄i·Nemo pt̄ dicere dn̄m ihm̄·niſi in ſpūſancto·Non em̄ poſſumus dicere illos qui n̄ intrant in regnum celoꝝ hr̄e ſpm̄ ſcm̄ Sed apoꝓpe poſuit hoc verbum dicit·vt ſignificet voluntatem atqꝫ intellectum dicentis·Ille em̄ ꝓpe dicit qui voluntatem ac mentem ſuam ſono vocis enunciat·dn̄s aūt gn̄alť hic poſuit verbum dicendi Videtur em̄ etiam ille dicere·qui nec vult nec intelligit quod dicit Hier·moris eſt em̄ ſcripturaꝝ dicta pro factis accipe·ſm quem ſenſuꝫ dic̄ apl's Confitentur ſcire deum factis aūt negant Amb· Omne etiam veꝝ (a quocunqꝫ dicatur) a ſpūſcto ē

Aug·de ſer·do·Non ḡ putemus ad illos fruct⁹ de quibus ſ̄ dixerat pertinere·ſiquis dn̄o nr̄o dicat dn̄e dn̄e·et ex eo nobis arbor bona videatur·ſꝫ illi ſunt fructus facere voluntatem dei·Vn̄ ſequit̄ Sed qui facit vo·p·m·q̄ in c·eſt·ipē int·in re·ce·

Principes autē ſacerdotū. et omne cōſilium q̄rebāt falſum teſtimoniū ꝯtra ieſum vt eū morti traderēt. et non inuenerūt cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime aūt venerunt duo falſi teſtes. et dixerunt. hic dixit. Poſſum deſtruere templū dei. ⁊ poſt triduum reedificare illud. Et ſurgēs princeps ſacerdotū. ait illi. Nihil reſpōdes ad ea que iſti aduerſū te teſtificant̄. ieſus autē tacebat. Et princeps ſacerdotū. ait illi. adiuro te. per deuʒ viuū vt dicas nobis. ſi tu es xp̄s filiꝰ dei. Dixit illi ieſus. Tu dixiſti. Veruntamē dico vobis. Ammodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris vir-

Criſ. in ome. Cōgregatis p̄ncipibꝰ ſacerdotū. ⁊ tota peſtilentie cōuenticula volebāt ſuis inſidijs iuditij formam imponere. Vnde dicitur. Princeps aūt ſacerdotum et omne ꝯſilium querebāt falſum teſtimoniuʒ cōtra ieſum. vt eū morti traderēt. Sed quod fictū erat iuditiū ⁊ oia tumultꝰ et turbationis plena manifeſtatur ꝑ hoc ꝙ ſubdit̄. Et non inuenerunt. cuʒ multi falſi teſtes acceſſiſſent Orig. Falſa em̄ teſtimonia tunc locum habent. quando cum colore aliquo ꝓferuntur. Sed nec color inueniebatur qui poſſet contra ieſum adiuuare mendatia. Q̄uis eſſent multi gratiaʒ tribuē. volētes p̄ncipibus ſacerdotum Quod maximā laudē exhibet ieſu. qui ſic oīa irrep̄henſibiliter dixit. et fecit. vt nullam veriſimilitudinem inuenirēt i eo rep̄henſionis ⁊ mali et multi aſtuti. Seq-

tutis dei. et venientem in nubibus. Tunc p̄nceps ſacerdotū ſcidit veſtimēta ſua. dicens Blaſphemauit. Quid adhuc egemꝰ teſtibꝰ Ecce. nunc audiſtis blaſphemiā Quid vobis videtur At illi reſpondētes dixerunt. Reꝰ eſt mortis. Tūc expuerūt in faciē eiꝰ. et colaphis eum ceciderunt. Alij autē palmas in faciē ei dederūt dicentes. ꝓphetiza nobis xp̄e. quis eſt. qui te percuſſit.

tur. Nouiſſime autem venerūt duo falſi teſtes et dixerunt. hic dixit. Poſſuʒ. deſtr. tem. dei. et poſt tri. ree. illud Hieron. Quomodo autem falſi teſtes ſūt ſi ea dicūt que dominuʒ dixiſſe legimꝰ. Sed falſus teſtis eſt. q̄ nō eodē ſēſu dicta intelligit quo dicunt̄ Dominꝰ enim dixerat de templo corporis ſui. ſʒ in ip̄is verbis calūniant̄. vt paucis additis. vel mutatis. q̄ſi iuſtam calumniam faciāt Saluator dixerat. Soluite tēplū hoc iſti cōmutant et aiūt. Poſſum dſtruē templū dei. Vos inquit ſoluite. nō ego quia illicitum eſt. vt nobis ip̄is inferamus manus Deinde illi vertunt. ⁊ poſt triduū edificare illud vt ꝓprie de templo iudaico dixiſſe videret̄. Dominus autem vt oñderet animale et ſpirans tēplum dixerat Et ego in triduo reſuſcitabo illud. aliud ē edificare. aliud reſuſcitare Chriſ. in ome. Sed quare non attulerūt in medium accuſationē de ſolutione ſabbati. quia multotiens eos ſup hoc confutauerat. Hiero. Ira autem p̄ceps et impatiens non inueniēs calūnie locum. Excutit de ſolio pontificē. vt veſaniam mētis motu corꝑis demōſtraret. Vnde ſequit̄ Et ſurgens p̄nceps ſacerdotum. ait illi Nihil r̄ndes ad ea que iſti aduerſuʒ te teſtificant̄ Chri. i ome. Hoc aūt dixit volēs ab eo inexcuſabilem r̄ſionem elicere. vt ex ip̄a eū caperet. Inutilis autem erat excuſationis reſpōſio. nullo eam exaudiēte. et ideo ſequit̄. Ieſus aūt tacebat. etem̄ ſolū figura iuditij ibi erat. In veritate autem latronum erat incurſus. ſicut in ſpelūca Et ideo ſilet. Orige. Ex hoc autem loco diſcimꝰ ꝯtemnere calūniantium. et falſorum teſtiū voces vt nec reſponſione dignos eos habeamꝰ. qui nō ꝯuenientia dicūt aduerſus nos. maxime vbi maiꝰ eſt. libere. ⁊ fortiter ſilere ꝙ defendē ſine vllo ꝓfectu. Hieroni. Sciebat em̄ q̄ſi deus. quicquid dixiſſet torquēdum ad calūniam Quāto ergo ieſꝰ magis tacebat. ad indignos. r̄ſione ſua falſos teſtes ⁊ ſacerdotes impios. tantomagis pontifex furore ſuperatꝰ eum ad r̄ndendum ꝓuocat. vt ex q̄libet occaſione ſermonis locuʒ inueniat accuſandi Vnde ſequit̄. et princeps ſacerdotum. ait illi. Adiuro te per deum viuū. vt dicas nobis. ſi tu es xp̄s filiꝰ dei. Orig. In lege quidem adiurandi vſuʒ aliquotiēs inuenimꝰ Eſtimo aūt quoniā nō oportet vt vir qui vult ſcd̄m euāgeliū. viuere adiuret alterum. Si em̄ iurare non licet. nec adiurare Sʒ et qui reſpicit ieſum imperantem demonibus. et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poteſtatē dantez diſcipulis ſup demonia. dicet ꝙ
ſecundū ꝑtatem datā a ſaluatore non eſt adiurare
demonia. Princeps autē ſacerdotū peccatū facie
bat inſidians ieſu. et ideo imitabat̄ ꝓprium partē
qui bis dubie interrogauit ſaluatorē. Si tu es cri
ſtus filiꝰ dei. Vnde quis recte dicere poteſt. qm̄
dubitare de filio dei. vtrū ipſe ſit xp̄s opus dyabo
li eſt. Non decebat aūt dn̄m ad adiuratōez pn̄ci-
pis rn̄dere ſacerdotū. quaſi vim paſſum Propter
quod nec denegauit ſe filium dei eſſe. nec manife-
ſte ꝯfeſſus eſt. Vn̄ ſequit̄. Dicit illi ieſus. tu dixi-
ſti. Non em̄ erat dignꝰ xp̄i doctrina. ꝓpterea non
eum docet. ſ; verbū oris eius accipiens. in redar-
gutionē ipſius ꝯuertit. Sequit̄. Verūtamen dico
vobis. āmodo videbitis filiū hominis ſedentem a
dextris virtutis dei. Videt̄ mihi. qm̄ firmitatem
quādam regalem ſignificat ſeſſio filij hoīs Iuxta
virtutem ergo dei. qui ſolus eſt virtꝰ fundatꝰ ē.
qui accepit omnē poteſtatez a patre. ſicut in celo
et in terra. Erit autē quādo hanc fundationē vi-
debunt etiam aduerſarij. q: a tempe diſpenſatōis
incepit ipleri Viderūt em̄ eiꝰ diſcipli eum reſurgē
tem a mortuis. et ꝑ hoc viderunt eum fundatū ad
dextram ꝟtutis. Vel quia ſm̄ lōgitudinē ſempit
nam. que eſt apud deum a ꝯſtitutōe mūdi vſq; ad
finem eſt vnꝰ dies. Nihil ergo mirum ꝙ hic dicit
ſaluator. āmodo ſpatium eſſe breuiſſimuz vſq; ad
finem oſtendens. Et non ſolum ſedentē eū ad dex-
trā ꝟtutis viſuros ꝓphetabat. ſed etiā venientez
in nubibꝰ celi. Vnde ſequit̄. Et venientē in nubi-
bus celi. Hee nubes ſūt ꝓphete et apl̄i xp̄i. quibus
mandat pluere cum oportet. et ſunt nubes celi nō
tranſeuntes. quaſi portantes ymaginē celeſtis et
digne ſunt. vt ſint ſedes dei. q̄ſi heredes dei. et co
heredes xp̄i. Hiero. Pōtificem autē de ſolio ſacer
dotali furor excuſſerat. eadem rabies ad ſcinden-
dum veſtes ꝓuocat. vnde ſequit̄ Tunc pn̄ceps ſa
cerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicēs. blaſphema
uit. Cōſuetudinis em̄ iudaice eſt. ꝙ cum aliquid
blaſphemium. et quaſi cōtra deum audierit. ſcin-
dant veſtimēta ſua. Criſo. in ome. Hoc igit̄ fec
vt accuſationē redderet grauiorem. et quod verbis
dicebat. factis extolleret. Hiero. Per hoc autē
ꝙ ſcidit veſtimēta ſua. oſtendit iudeos ſacerdota
lem gloriam ꝑdidiſſe et vacuam ſedem habē pon
tificis. Dum em̄ veſtez ſibi deſcidit. ipm̄ quo tege
babat̄ velamentū legis abrupit. Chriſ in ome.
Cum ergo ſcidiſſet veſtimēta ſua. non fecit ſentē
tiam a ſeipō. ſ; ab alijs eam exquirit dicens. Quid
vobis videtur. Sicut in ꝯfeſſis peccatis et blaſ-
phemia manifeſta fieri ſolet. et quaſi cogens et vi
olentiā inferēs ad ſententiā ꝓferendā ꝓuenit au
ditorem. dicens. Quid adhuc egemꝰ teſtibꝰ. Ec-
ce nūc audiſtis blaſphemiā Que aūt fuit blaſphe
mia. Etem̄ ante eis ꝯgregatis dixerat. Dixit dn̄s
dn̄o meo. ſede a dextris meis. et interp̄tatꝰ eſt eis
et ſiluerunt. nec decetero ꝯtradixerunt. qualiter
ergo nunc quod dictum eſt blaſphemiā vocant. ſe
quitur. At illi rn̄dentes dixerunt. Reꝰ eſt mortis
Ipi accuſantes. ipi diſcutiētes. ipi ſentētiā ꝓfe-
rētes. Orige. Quātum putas fuit erroris. ipaz
pn̄cipalem omniū vitam. ream mortis ꝓnuntiare

et ꝑ tantorū reſurgentiū teſtimonia. non reſpicē
fontem vite. de quo in omnes reſurgētes vita flu
ebat. Chri. in ome. vt aūt venationē inuenien
tes. ita ſuam demonſtrabāt ebrietatez. et inſania
ferebant̄. Sequit̄ em̄. Tunc expuerunt in faciem
eius et colaphis eum ceciderūt Hiero. vt com
pleret̄ quod dictum eſt. Dedi maxillā meā alapis
et faciem meam non auerti a ꝯfuſione ſputorū. Se
quit̄. Alij autem palmas in faciem eius dederūt.
dicentes. Prophetiza nobis xp̄e quis eſt qui te ꝑ
cuſſit. Gio. in cōtumeliam enim hoc dicit̄. qui ſe
ꝓphetam haberi voluit a populis. Hiero. Stul
tum aūt erat verberantibus rn̄dere. et ꝓphetare
cedentē. cum palam ꝑcutientis inſania videret̄.
Chri. in ome. Attēde aūt ꝙ euāgeliſta cuz ſum
ma diligētia. que vident̄ eſſe exprobratiſſima ex-
ponit. nihil occultans aut verecūdans. ſ; gloriam
exiſtimās maximā. dn̄atorē orbis terrarū pro nob
talia ſuſtinere. Hoc aūt legamꝰ ꝯtinue. hoc noſtre
menti inſcribamꝰ. et in his gloriem̄. Augꝰ. de
queſti. euā. Quod aūt dictum eſt. Expuerūt in fa
ciem eiꝰ. ſignificauit eos qui p̄n̄tiam gratie eiꝰ re
ſpuūt. Item tanq̄ colaphis eum cedunt. qui ei ho
nores ſuos p̄ferunt. Palmas in faciem eius dant.
qui ꝑfidia cecati eum non veniſſe affirmāt. tanq̄
p̄n̄tiam eius exterminantes et repellentes.

Petrus vero ſede
bat foris in atrio. Et
acceſſit ad eū vna an
cilla. dicens. Et tu cū
ieſu galileo eras. At
ille negauit corā om
nibus. dicens. Neſcio
quid dicis. Exeunte
autem illo ianuam. vi
dit eum alia ancilla. ⁊
ait his qui erāt ibi. et
hic erat cuz ieſu naza
reno. Et iteruz nega
uit cum iuramēto. q̄a
non noui hominē. Et
poſt puſillum acceſſe-
runt qui ſtabāt. ⁊ dix
erūt petro. Vere ⁊ tu
ex illis es Nam loque
la tua manifeſtū te fa
cit. Tunc cepit dete
ſtari ⁊ iurare. quia nō
nouiſſet hominez. Et
ꝯtinuo gallꝰ cātauit
et recordatꝰ ē petrꝰ
verbi ieſu. quod dixe

Augꝰ. de cō. euā.
Inter p̄dictas criſti
ꝯtumelias. trina pe
tri negatio facta eſt
quā non om̄s euāge
liſte eodē ordie nar
rāt. Lucas em̄ expli
cat p̄us temptatōez
petri. tunc demū cō
tumelias domini Sz
math. et marcꝰ. eas
p̄mo ꝯmemorant. et
deinde petri temp-
tatōez. Sic eniz hic
ſequit̄. Petrꝰ vero
ſedebat foris in atrio
Hiero. Foris ſede
bat. vt viderz exitū
rei. et non appropin
q̄bat ieſu. ne miniſtris
aliq̄ ſuſpitō naſcere
tur. Chri. in ome.
Et qui q̄n detentum
magiſtrū vidit ſolū
ita efferbuit. vt gla
dium euaginauerit.
⁊ auriculā abſcideit
q̄n ꝯtumelias criſti
audiuit. negator ef
ficit̄. ⁊ vilis puelle
minas non ſuſtinet.
Sequit̄ em̄. et acceſ
ſit ad eum vna ācilla
dicens. Et tu cum ie
ſu galileo eras Ra
Quid ſibi vult. quia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**rat· Priuſq̄ gallꝰ cā**
**tet · ter me negabis ·**
**Et egreſſus foras fle**
**uit amare ·**

p̄ma cum ꝓdit ancil
la ·cū viri magis eū
potuerint recogno=
ſcere·niſi q̄ iſte ſexꝰ
peccare in nece dñi
videret· vt eius paſ
ſione redimeret · Sequit· At ille negauit coram
omnibꝰ·dicēs· neſcio quid dicis· Palam corā om/
nibus·negauit· quia ſe maīfeſtare expauit· Quod
dicebat ſe neſcire·rñdit· quia ꝓ ſaluatore adhuc
mori noluit· Leo papa in ſermone de paſſione·
Ob hoc autem ſicut apparet heſitare pmiſſus eſt·
vt in eccleſie p̄ncipe remediū penitentie condere
tur·et nemo auderet de ſua v̄tute ꝯfidere· quādo
mutabilitatis piclin· nec beatꝰ petrꝰ potuiſſz eua
dere· Chriſ· in ome·Non ſolum at̄ ſemel·ſʒ et ſe/
cundo et tertio negat in breui tempe· vñ ſequit ·
Exeunte aūt eo ianuā·vidit eum alia ancilla· ⁊ ait
his qui erant ibi · Et hic erat cum ieſu nazareno·
Augꝰ·de con·euā·Intelligit autem· q̄ poſtq̄
exijt foras·cum iam ſemel negaſſet· gallꝰ cātauit
primū quod marcꝰ dicit· Chri·in ome· vt oſtē
dat · q̄ neq̄ vox galli eum a negatione detinuit ·
neq̄ in memoriā ſue ꝓmiſſionis reduxit Augꝰ·
de cō·euā·Non aūt foris an̄ ianuā iteruʒ negauit
ſed cum rediſſet ad focum·neq̄ eñi iam exierat·et
foris eum vidit altera ancilla·ſʒ cum exiret eū vi=
dit·id eſt cum ſurgeret et exiret animaduertit·et
dixit his qui erant ibi·id eſt qui ſimul aderant ad
ignem in atrio· et hic erat cum ieſu nazareno·Ille
autem qui foras exierat· hoc audito regreſſus eſt
vt ſe q̄ſi purgaret negando Vel qđ eſt credibiliꝰ
non audiuit quod de eo dictum fuerat cū foras ex
iret·et poſtq̄ redijt· q̄ dictum eſt ei qđ lucas cō=
memorat· Sequitur·Et iterꝫ negauit cum iuram̄
ꝯ quia nō noui hoīem Hiero· Scio quoſdaʒ pio
affectu erga ap̄lm petrum locum hūc· ita inter/
p̄tatos vt dicerent Petrū hominē negaſſe·nō de
um· et eſſe ſenſum ·Neſcio hominē·quia ſcio deum
Hoc q̄ friuolum ſit ·prudens lector intelligit· ſi
eñi iſte non negauit ·ergo mentitꝰ eſt dñs· q̄ dixe
rat·ter me negabis· Raba· In hac aūt negatio
ne petri dicimꝰ non ſolū abnegare xp̄m· qui dicit
eum non eſſe xp̄m· ſed qui euʒ ſcit· negat ſe eſſe cri
ſtianū Augꝰ·de cō·euā·Nunc iam de tertia ne
gatione inſpiciamꝰ· Sequit eñi ·Et poſt puſillū
acceſſerunt qui ſtabāt et dixerunt petro· Vere et
tu ex illis es·Lucas autem dixit Interuallo facto
quaſi hore vniꝰ· vt eum cōuincant · ꝯſequent ad
iungunt·Nam et loquela tua manifeſtum te facit·
Hiero ·Non quo alterꝰ ſermonis eſſet petrus
aut gentis externe· Omnes quippe hebrei erant et
qui arguebant ·et qui arguebat· ſʒ quo vnaque/
q̄ ꝓuintia habet ꝓprietates ſuas et vernaculū lo
quendi ſonū vitare non poſſit Remig· Vide at̄
q̄ ſint noxia p̄uorꝫ hoīm colloquia· ipa quippe co
egerunt petrū negare dñm· quē priꝰ ꝯfeſſus fue/
rat eſſe dei filium· Sequit eñi· Tūc cepit deteſta
ri et iurare· quia non nouiſſet hoīem· Raba· no
ta quia p̄mum ait· Neſcio quid dicis· Scđo cum iu
rameto negat· Tertio cepit deteſtari et iurare ·
quia non nouit hominem · Perſeuerare quippe in
peccato dat incrementū ſcelerum· et quia minima
ſpernit· cadit in maiora Remigiꝰ· Spiritaliter
autem per hoc· q̄ petrꝰ ante p̄mum gallicantum
negauit· illi deſignant· qui an̄ xp̄i reſurrectioneʒ
non credebāt eum eſſe deum eius morte turbati p
hoc autem q̄ poſt galli cantum negauit· illi deſig
nant· qui in vtranq̄ dñi naturā· et ſcđm deum et
ſm hominē errant· Per p̄maʒ aūt ancillā deſigna
tur cupiditas· per ſcđam carnalis delectatio Per
illos qui aſtabant demones intelligunt· his enim
trahunt homines ad xp̄i negatōeʒ· Orige· Vel
per p̄mam ancillā intelligit ſynagoga iudeorum
qui frequēter ꝯpulerunt· denegare fideles· Per
ſecundā ꝯgregatio gentiū· qui etiā pſecuti ſunt
xp̄ianos · per tertios ſtantes in atrio · miniſtri he
reſum diuerſarū· Augꝰ de queſ·euan Ter etiā
petrꝰ negauit· nā et herror hereticorꝫ de criſto·
tribus generibꝰ terminat·aut eñi ex diuinitate ·
aut humanitate· aut de vtroq̄ fallunt· Raba·
Poſt tertiam aūt negationē ſequit galli cantus·
et hoc eſt quod ſubdit Et ꝯtinuo gallus cantauit
Per quem doctor eccleſie intelligit · qui ſomno ſe
tos increpans ait · Euigilate iuſti et nolite pecca
re Solet autē ſacra ſcriptura ſepe meritū cauſarꝫ
p ſtatū deſignare temporꝫ· Vñ petrꝰ qui media
nocte peccauit· ad galli cantū penituit· vñ ſequi
tur Et recordatꝰ eſt petrꝰ verbi ieſu qđ dixerat
Priuſq̄ gallus cātet· ter me negabis Hieron·
In alio euāgelio legimꝰ· q̄ poſt negatōeʒ petri·
et galli cantum· reſpexit ſaluator petrꝫ · et intui=
tu ſuo eū ad amaras lacrimas ꝓuocauit· nō eñi fieri
poterat· vt in negationis tenebris pmaneret· q̄ʒ
lux reſpexerat mūdi· vñ et et hic ſequit· Et egreſ
ſus foras fleuit amare· In atrio eñi cayphe ſedēs
non poterat agere penitentiā· vnde foras egre=
ditur de impiorꝫ ꝯſilio· vt pauide negationis ſor
des amaris fletibus lauet· Leo papa ·Felices·o
apoſtole ſancte lacrime tue ·que ad diluēdā culpā
negationis· virtutē ſacri habuē baptiſmatis ·Af
fuit eñi dextra dñi ieſu xp̄i· qui labentē te priuſq̄
deciperetis· et firmitatē ſtādi in ipo cadēdi peri
culo recepiſti· Cito itaq̄ ad ſoliditatē redijt peē
tanq̄ recipiens fortitudinē· vt qui tunc in xp̄i ex
pauerat paſſione· in ſuo poſt ſupplitio nō timeret
ſed conſtans pmaneret· Augꝰ·de cō·euā·
Cōtexuerat ſuperiꝰ
euangeliſta narrati
onem in his que cuʒ
domino acta ſūt· vſ=
q̄ ad māe· ſʒ poſtea
redijt ad narrandaʒ
petri negationeʒ · q̄
terminata · redijt ad
mane vt inde cetera
ꝯtexeret· et hoc eſt·
quod dicitur· Mane
autem facto ꝯſilium
inierunt oīes prin
cipes ſacerdotū ⁊ ſe
niores popli ·aduer
ſus ieſum· vt eū mor
ti traderent· Ori·

## CAPITV· XXVII ·

**MAne autē**
**facto·cōſi=**
**liū inierūt**
**oīes prin**
**cipes ſacerdotū et ſe=**
**niores populi aduer=**
**ſus ihesum· vt eū mor**
**ti traderent· Et vinc**
**tum adduxerūt eum·**
**et tradiderūt pontio**

pylato preſidi. Tunc videns iudas qui eū tdidit q dānatꝰ eſſʒ penitentia ductus retulit triginta argenteos pncipibus ſacerdotum et ſenioribus populi dicēs. Peccaui tdens ſanguinē iuſtum. At illi dixert Quid ad nos tu videris et proiectis argēteis in tēplo receſſit. et laqueo ſe ſuſpēdit.

Putantes p mortez extinguere eius doctrinam et fidē apud eos qui crediderunt in eum quaſi in filiū dei. Talia autē oſiliantes. alligauerunt ieſum ſoluentē a vinculis. Vn̄ ſequitur. Et vinctum adduxerunt eum et tdidert pontio pylato pſidi

Hiero. Vide ſollicitudinē ſacerdotuʒ in maluʒ. tota nocte vigilarunt vt homicidiū facerent. et victum tradiderūt pylato. Habebāt enim hunc morē. vt queʒ adiudicaſſent morti ligatū iudici traderēt Ra. Attamen notandū q non tunc pmū ligauerūt ſʒ mox oprehenſum in orto vt iohannes declarat.

Chri. in ome. Ideo autē eum non occulte interfecerunt quia non habebāt eius glorie detrahē Multi em̄ eum admirabant et ppter hoc ſtuduert publice et corā hominibꝰ eum occidere. et ideo ad preſidē eum duxerūt. Hiero. Videns aūt iudas dn̄m adiudicaſſe morti. ptium retulit ſacerdotibꝰ quaſi in pteſtate ſua eſſet pſecutoꝝ immutare ſententiā. Vnde ſequit. Tūc vidēs iudas qui eū tradidit q dānatꝰ eſſet. penitētia ductꝰ retulit triginta argenteos principibꝰ ſacerdotū et ſenioribus populi dicens. Peccaui tradens ſanguinē iuſtum Orige. Reſpondeant mihi qui de naturis quaſdā fabulas introducūt. vnde eſt q iudas cognoſcens peccatū ſuum dixit Peccaui tradēs ſāguinem iuſtū. niſi ex bona plātatione mētis et ſeminatione vtutis que ſeminata ē in qlibʒ rationali anima quam non coluit iudas. et ideo cecidit in tale peccatū Si aūt nature parētis ē aliqs hominis magis huiꝰ nature fuit iudas Et ſiquidē poſt reſurrectionē xp̄i hoc dixiſſet iudas. forſitan erat dicendū. qm̄ opulit eū penitē de peccato ipa vtꝰ reſurrectionis. Nūc aūt videns eū traditū eſſe pylato. penituit. forſitan recordatꝰ. q frequēter ieſus dixerat. de ſua reſurrectione futura. forſitā et ſathanas qui ingreſſus in eū fuerat. pſto fuit ei. donec ieſꝰ tderet pylato. Poſtq̄ aūt fecit quod voluit receſſit ab eo. quo recedēte penitentiā capere potuit. Sʒ quomō vidit iudas. qm̄ odemnatus eſt. Non duʒ em̄ a pylato fuerat interrogatꝰ forſitan dicet aliquis. qm̄ oſideratione mētis ſue vidit exitū rei ex eo q traditū aſpexit. Aliꝰ auteʒ dicet. qm̄ qd ſcriptū. vidēs iudas quia odemnatus eſt ad iudaʒ refferet. Tūc em̄ ſenſit malū ſuū et intellexit ſe condemnatū Leo papa. Dicendo tn̄. Peccaui tradens ſanguinē iuſtū in impietatis ſue pfidia pſtitit. qui ieſum non dei filiū. ſʒ noſtre tantūmodo oditionis hoiem. etiam inter extrema mortis ſue picula credidit. cuiꝰ fleuiſſet miſericordiam. ſi eius omipotentiā non negaſſet. Chri. in omel. Vide aūt qm̄ penitentiā agit. qn̄ opletū ē. et finem accepit peccatū. Non em̄ pmittit dyabolus eos q nō vigilāt videre malum anteq pficiāt Sequit. At illi dixerūt. Quid ad nos tu videris. Ac ſi dicant. Quid ad nos ptinet. ſi iuſtꝰ eſt. tu videris. id eſt opus tuum quale ſit. manifeſtabitur Quidā aūt oiunctim voluerūt legē hec verba. vt ſit ſenſus. cuiꝰ eſtimatōis deputaris apud nos qui eum quē tradidiſti iuſtū ofiteris. Orig. Recedēte aūt ab aliquo dyabolo. obſeruat tempꝰ iterum et poſtq cognouerit et ad ſm peccatū induxerit. obſeruat etiā tertie deceptōis locum. Sic ille qui pmo vxorē patris habuit. de hoc malo poſtea penituit. Sʒ poſtea dyabolꝰ voluit hāc ipam triſtitiā exaggerare. vt ipa triſtitia abūdantior facta abſorberet triſtantē. Simile aliquid factū eſt in iuda. Poſtq em̄ penituit. nō ſuauit cor ſuuʒ. ſʒ ſuſcepit abundātiorē triſtitiā a dyabolo ſibi ſubmiſſam. qꝛ voluit eum abſorbē. vn̄ ſequit. Et abiens laqo ſe ſuſpēdit. ſi aūt locū penitētie reqſiſſʒ et tempꝰ penitentie obſeruaſſʒ. forſitā inueniſſʒ eū qui dixit. Nolo mortē peccatoris. vel forte exiſtimauit pueniře mgrm morituꝝ et occurrē ei cū aīa nuda vt ofitens et depcans miſericordiā mererēt nec vidit. quia non ouenit verbū dei ſeipm expellere de hac vita. ſʒ expectare dei iuditiū Raba. Suſpēdit autē ſe laqo. vt ſe oſtēderet celo. terreqʒ poſitum. Augꝰ. de queſ. no. et ve. teſt. Sʒ occupatis pncipibꝰ ſacerdotū ad necem dn̄i a mane vſqʒ ad horā nonaʒ quomō iudeis retuliſſe ptium ſāguinis qd accepat. an crucē dn̄i pbaē et dixiſſe illis in tēplo. peccaui q tradiderim ſanguinē iuſtum. cū oſtet omēs pncipes et ſeniores an̄ paſſionem dn̄i non fuiſſe in tēplo. Quippe cum in cruce poſito inſultarent ei. Nec em̄ fide pt pbari. quia ante paſſionē domini relatū eſt. cū ſint multa que ante facta pbanē. et nouiſſima ordinanē. Sed ne forte poſt horā nonā factū ſit. vt vidēs iudas occiſum ſaluatorē. et ob hoc velū templi ſciſſum. terraʒ tremuiſſe ſaxa fiſſa elemēta oterita. ipo metu correptꝰ voluerit. Sed poſt horā nonā occupati erant. vt exiſtimo ſeniores et pncipes ſacerdotuʒ ad celebrationē paſce. Sabbato aūt ſm legē non licet nūmos portare. accipē hoc non eſt pbabile apud me q die pmo tempe laqo vitā finieit iudas

Principes ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt Non licet eos in corbonan. quia pcium ſanguinis eſt. Conſilio autez inito emerūt ex illꝰ agrū figuli in ſepulturam pegrinoꝝ. ppter hoc vocatus eſt ager ille acheldemach. hoc ē

Chri. in om. Quia pncipes ſacerdotuʒ nouerāt q occiſiōeʒ emerant. a ppria cōſcietia odemnati fuerunt. et ad hoc oſtendendū ſubdit euāgeliſta. Principes aūt ſacerdotuʒ acceptis argenteis dixerunt Non licet mittē eos in corbonan. qꝛ pretium ſanguinis eſt. Hiero. vere culicē liquētes et cameluʒ glutientes. Si enim

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ager ſanguinis· vſq̃
in hodiernã diẽ· Tũc
impletuz eſt qđ dictũ
eſt p hieremiaz ꝓphe
tam dicentẽ· Et acce
perunt triginta argẽ
teos p̃ciuz appreciati
quẽ appretiauerunt a
filijs iſrahel· et dede
runt eos in agrum fi=
guli· ſicut conſtituit
mihi dominus·

ideo non mittunt pe
cuniã in corbonã· id
eſt in gazophilatiũ
et dona dei· q2 p̃ciũ
ſanguis eſt· Cur ipẽ
ſanguis effunditur·
Orige· Videbant
aũt qm̃ circa mortu
os magis eam pecu=
niã ↄueniebat expẽ
di q̃ p̃ciũ ſanguinis
erat· Sed quia ⁊ in/
ter loca mortuorum
ſunt differentie· vñ
ſunt p̃tio ſanguinis
ieſu ad comptionem
agri figuli alicuius
vt in eo pegrini ſepeliant̃· non ſcđm votum ſuum
in monumẽtis paternis· Vñ ſequit̃· Cõſilio aũt ini
to emerũt ex illis agrum figuli in ſepulturã peg
noꝝ. Aug9· de ſ· do· Prouidentia aũt dei factũ
puto· vt p̃tiũ ſaluatoris nõ peccatorib9 ſumptũ
p̃beat· ſꝫ pegrinis requiẽ ſubminiſtret· vt iã exinde
xp̃s ⁊ viuos ſanguinis ſui paſſione rediat· ⁊ mor
tuos p̃cioſo paſſione ſuſcipiat· Precio ergo dñici
ſanguinis ager figuli comparatur· Legim9 in ſcrip
turis ꝙ toti9 gñeris humani ſal9 redẽpta ſit ſãg
uine ſaluatoris· Ager ergo iſte mũdus hic tot9 ẽ
Figulus aũt qui mundi poſſit hr̃e dñatum· ipẽ eſt
qui vaſcula corpis noſtri fecit de limo· Iſti9 ita=
q̃ꝫ figuli ager xp̃i ſanguine empt9 eſt peregrinis·
in q̃ qui ſine domo patria· et toto orbe exules iac
tabant̃· requies xp̃i ſanguine ꝓuidet̃· Iſtos autez
peregrinos eſſe dicim9 deuotiſſimos xp̃ianos· q̃
renuntiãtes ſeculo nihil poſſidentes in mundo· in
xp̃i ſanguine requieſcũt· Sepultura eñi xp̃i nihil
aliud eſt q̃ꝫ requies xp̃iani· Conſepulti eñi ſumus
ſicut ait apl̃us cum illo p baptiſmũ in morte· Nos
ergo pegrini in hoc mũdo ſumus· et tanq̃ꝫ hoſpi=
tes in hac luce verſan̄ı· Hie· Nui etiã pegrini
eramus a lege et ꝓphetis· p̃ua iudeoꝝ ſtudia ſu
ſcepim9 in ſalutẽ· Orige· Vel pegrinos dicim9
qui vſq̃ꝫ ad finem extrñei ſunt a deo· Nã iuſti conſe
pulti ſunt xp̃o in monumẽto nouo qđ exciſũ ẽ pe=
tra· Qui autem alieni ſunt a deo· vſq̃ꝫ in finem ſe/
pulti ſũt in agro figuli opãtis lutũ qui p̃tio ſãg
uinis eſt compat9· et ager ſanguinis nominatur
Vnde ſequit̃ Propter hoc vocat9 eſt ager ille ac
heldemach· hoc eſt ager ſanguinis vſq̃ꝫ in hodi=
ernam diem· Glo· Nđ referendũ eſt ad tempus
quo euangeliſta hoc ſcripſit· deinde ↄfirmat idẽ
ꝓphetico teſtimonio· dicens· Tũc impletũ eſt qđ
dictũ eſt p ieremiã ꝓphetã dicentẽ· Et acceperũt
triginta argenteos p̃tium appretiati quẽ· appreti
auerũt a filijs iſrahel· ⁊ dederunt eos in agruz fi
guli· ſicut ↄſtituit mihi dñs Hiero· Hoc in hie
remia penit9 non inuenit̃· ſꝫ in zacharia· qui penl̃
timus eſt· xij· ꝓphetaꝝ· quedã ſimilitudo refert̃·
et quamq̃ꝫ ſenſus non multũ diſcrepet· tñ ordo ⁊
verba diuerſa ſunt· Aug9· de con· euã· Si quis
ergo putat ideo fidei euangeliſte aliquid dero/
gandum· p̃mo nouerit· nõ oẽs codices euãgelioꝝ
habere· quod p hieremiã dictũ ſit· ſed tantũmođo
per ꝓphetã· Mihi autẽ hec nõ placet defẽſio· q2
et plures codices hñt hieremie nomen et antiq̃o
res et nulli fuit cauſa cur adderet̃ hoc nomen· et
mendoſitas fieret· Cur aũt tolleret̃ fuit itaq̃ꝫ cau
ſa vt hoc audax imperitia faceret· p̃dicta q̃ſtione
turbata· Potuit aũt fieri vt aĩo mathei euangeli/
um ſcribẽtis· ꝓ zacharia hieremias occurrerꝫ· vt
fieri ſolet· qđ tñ ſine vlla dubitatione emẽdaret·
ſaltem ab his admonitus· qui ipõ adhuc in carne
viuẽte hec legẽ potuerũt· niſi cogitaret· recorda
tionis ſueq̃ꝫ ſp̃ũſãcto regebat̃· nõ occurriſſe aliđ
pro alio nomẽ ꝓphete· niſi q2 dñs hoc ita ſcribi cõ
ſtituit· Cur autẽ ↄſtituerit Prima cauſa eſt· quia
ſic inſinuat̃· ita oẽs ꝓphetas vno ſpiritu locutos
mirabili iter ſe ↄſenſione ↄſtare· vt hoc multo am
plius ſit· q̃ꝫ ſi omniũ verba ꝓphetaꝝ· vno vni9 ho
minis ore demõſtrent̃· et ideo indubitãter accipi
dñt quecũq̃ꝫ p eos ſpiritusſanct9 dixit· et ſingula
eſſe omniũ· et oĩa ſinguloꝝ. Si eñi hodie quiſq̃ꝫ
volens alicui9 verba iudicare· dicat nomẽ alteri/
us· in quo dicta ſũt· qui tñ ſit amiciſſim9 illi9 cu=
ius verba dicẽ voluit· et ↄtinuo recordat9 alium
pro alio ſe dixiſſe· ita ſe corrigat· vt tamen dicat·
bene dixi nihil aliud intuens· niſi inter ambos eſſe
ↄcordiam· q̃ntomagis de ꝓphetis ſanctis hoc cõ/
mendandũ fuit· Eſt alia cauſa cur hoc nomẽ hiere
mie in teſtimonio zacharie ſit manere pmiſſum vl̃
poti9 ſanctiſpirit9 autoritate p̃ceptũ ſit· eſt apđ
hieremiam ꝙ emerit agrum a filio fratris ſui· et
dederit ei argentũ· nõ quidem ſub hoc noĩe p̃cij·
quod poſitum eſt apđ zachariã t̃ginta argẽteis·
Nđ aũt ꝓphetiã de t̃ginta argẽteis ad id iterp̃tat9
ſit euãgeliſta· qđ mõ de dño ↄpletũ ẽ maĩfeſtũ ẽ
ſꝫ ad id ptinẽ etiam illud de agro empto· qđ hiere
mias dicit· hinc pt̃ miſtice ſignificari· vt non hic
zacharie nomẽ poneret̃ qui dixit t̃ginta argente
is· ſed hieremie qui dixit de agro empto· vt lecto
euãgelio· atq̃ꝫ inuento noĩe hieremie· Lecto autẽ
hieremia et nõ inuẽto teſtimonio de t̃ginta argẽ
teis· inuento tñ agro ẽpto· admoneat̃ lector vtrũ
q̃ꝫ ↄferre et inde ſenſum enucleare ꝓphetie· quo=
modo ptineat ad hoc qđ in dño cõpletũ eſt· Nam
illud quod ſubiecit huic teſtimonio· Mathe9· cũ
ait· quẽ appretiauerũt a filijs yſrahel· et dederũt
eos in agrũ figuli· ſicut ↄſtituit mihi domi9· Nec
apud zachariã· nec apud hieremiã repitur· vnde
magis ex pſona euãgeliſte accipiendũ eſt· ⁊ miſti
ce inſertũ· quia hoc ex dñi reuelatõe cognouerit
ad hanc rez q̃ de xp̃i p̃tio facta eſt· huiuſmõi pti
nere ꝓpheciam· Hie· de optimo gñe interp̃tan/
di· Abſit q̃ꝫ de pediſſequo xp̃i· ꝙ poſſit argui de
falſo· cui cura fuit· non v̉ba et ſillabas aucupari·
ſed ſentẽtias dogmatũ ponẽ· Chriſ· in omelia
Legi nup in quodã hebraico volumĩe· qđ nazaree
ſecte mihi hebre9 ↄtulit hieremie apocriphum·
in quo hec ad verbũ ſcriptũ repi· ſꝫ tñ mihi vide
tur magis de zacharia ſumptũ teſtimoniũ euãge
liſtaruꝫ et aploꝝ· more vulgato q̃ verboꝝ ordie
p̃termiſſio· ſenſus tñ de veteri teſtamento proſe
runt exemplum·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jeſus autez ſtetit ante preſidē · et inter rogauit eum preſes · dicens · Tu es rex iu-deoꝝ · Dicit ei ieſus · Tu dicis · Et cum ac-cuſaretꝰ a principibus ſacerdotum et ſenio-ribus nihil reſpondit Tunc dicit ei pylatꝰ Non audis quāta ad uerſum te dicūt teſti monia · ⁊ non rn̄dit ei ad vllum verbuz · ita vt miraretur preſes vehementer ·

Augꝰ · de cō · euā · Finitis his que ma-theꝰ de iuda ꝓdito re interpoſuit ad or dinē narratōis reu̅ titꝰ dicens · Jeſus aꝰ ſtetit ante pſidem · Orige · Judex to-cius creature oſtitu tus a pr̄e · vide quan tuz ſe humiliauit · vt acquieſceret ſtare an̄ iudicē · tunc terre iu dee · et interrogatꝰ eſt interrogationez quā forſitā deridēs aut dubitās pylatꝰ interrogat · vn̄ ſeq̄ꝰ Et interrogauit euz preſes dicēs · Tu es rex iudeoꝝ Chri-in eme · Jd pylatus intērogat q̄d adūſarij ɔtra ip̄z ɔtīue reuoluebāt Quia em̄ ſciebāt pylatū nullā curā facientē lega liū ad publicas accuſatōes rem ducunt · Orig · Vel ꝓnuntiatiue hoc dixit pylatus · Vnde et alibi ſcripſit in titulo · Rex iudeoꝝ · Principi aūt ſacer dotum rn̄dens tu dixiſti · oblique arguit eiꝰ dubi-tatōez · Pylati vero ſententiā ɔfirmat ꝓnuncian tis · vn̄ ſequitꝰ · Dicit ei ieſus · Tu dicis · Chriſ · in ome · Confeſſus eſt ſe eſſe regem · ſʒ celeſtē · vt in alio euāgelio manifeſtiꝰ legitꝰ · Regnuz inquit meum non eſt de hoc mūdo · vt neqʒ iudei · neqʒ pi latꝰ accuſatōez habeāt · huic accuſatōi inſiſten tes Hilar · Vel interrogāti pontifici · an ip̄e eſſʒ Jeſus xp̄s dixerat · Tu dixiſti · qꝛ ſp̄ futuꝝ xp̄ʒ ex lege ip̄e dixiſſet · huic vero legis ignaro interro gāti an ip̄e eſſet rex iudeoꝝ · dicitꝰ Tu dicis · quia ꝑ fidem pn̄tis ɔfeſſiōis · ſalus gentiū eſt · Hier · Attēde autē q̄ pylato · q̄ inuitꝰ ꝓmebat ſenten tiā aliq̄ ex pte rn̄dit · ſacdotibꝰ aꝰ ⁊ pn̄cipibꝰ ſa-cerdotum rn̄dere noluit · indignos eos ſuo ſmone iudicās · vn̄ ſequitꝰ · Et cū accuſaretꝰ a pn̄cipibꝰ ſa cerdotū et ſeniorībꝰ nihil rn̄dit · Augꝰ · de cō · euā · Lucas aꝰ ipa crimina q̄ accuſantes obiecerunt apuit · Di · n · Cepert illū accuſare dicētes hūc in uenimꝰ ſubūtentē gentē nr̄am · et ꝓhibentē tribu ta dari ceſari · et dicentē ſe xp̄m regē eſſe · Nihil aꝰ intēſt ad veritatē q̄ ordine iſta retulerint · ſic ni-hil intereſt · ſi aliꝰ aliud tacet q̄d aliꝰ ɔmemorat Ori · Accuſatꝰ aꝰ ieſus ſicut tunc illꝰ nihil rn̄dit · ſic nec et mō · nō ſit em̄ verbū dei · ſic aliq̄n fuerat ad ꝓphetas · ſʒ neqʒ dignū erat · vt pylato interro gāti rn̄deret · q̄ nō habebat pmanēs et firmuz de xp̄o iuditiū · ſʒ ad ɔtraria ferebatꝰ · vn̄ ſequitꝰ Tūc dicit ei pylatꝰ · Nō audis q̄nta aduerſū te dicūt te ſtimonia · Hie · Gentilꝰ quidē eſt qui ɔtēpnit ie-ſuz · ſʒ cauſā refert in ꝑplm iudeoꝝ Chr · i om · Hoc aūt hoc dicebat · quia volebat eū liberare · duz ſe excuſando rn̄deret · Sequitꝰ · Et nō rn̄dit ei vllum verbū · ita vt miraretꝰ pſes vehemēter Quia em̄ multas hn̄tes demōſtratōes · et ipis rebꝰ ꝟtutis et māſuetudinis · eius ⁊ hūilitatis · tn̄ in ip̄m indig nabantꝰ · et ꝑuerſo iuditio agebantꝰ cōtra ip̄m ꝓp ter h̄ nihil rn̄det · ⁊ ſi aliq̄n rn̄det breuia quidem dicit · ne ɔtinua taciturnitate · ꝑtinatie opīo d̄ ip̄o accipitꝰ Hie · Vel ideo ieſus nihil rn̄dere voluit ne crimen diluēs dimitteretꝰ a pſide et crucis vtili-tas differretꝰ · Ori · Miratꝰ eſt aūt pſes ɔſtātiā eius ſciens q̄ ydoneꝰ eſſet ꝓnuntiare crimen · et tn̄ videbat eum in tranquilla · et quieta ſapientia · et grauitate non turbabile ſtare · ſed ⁊ vehemēter mi-ratꝰ · dignū em̄ ei videbatꝰ magno miraclo vt exhi bitꝰ xp̄s ad criminale iuditium · imperturbabilis ſta ret an̄ mortē · q̄ apud oēs hoies terribilis eſtimatꝰ

Per diem autē ſo lemnē cōſueuerat pre ſes dimittere populo vinctum vnum · quem voluiſſent · Habebat autem tunc vnū vinc tum inſignē · qui dice batur barrabas · Cō gregatis ergo illis · dixit pylatꝰ · Quē vul tis dimittam vobis · Barrabā · an Jeſum · qui dicitꝰ Criſtꝰ Scie bat em̄ q̄ per inuidiā tdidiſſent euz · Sedē te aūt eo ꝓ tribunali · miſit ad eum vxor eiꝰ dicens · Nihil tibi · et iuſto illi · multa enim paſſa ſum hodie ꝑ vi ſum ꝓpter eum · Prin ceps aūt ſacerdotuz et ſeniores pſuaſerūt populis · vt peterent barrabā · Jeſum autē pderēt · Rn̄dens aūt pſes · ait illis · Quē vꝰ tis vobis de duobus dimitti · At illi dixe runt · Barrabā Dicit illis pylatꝰ Quid igi tur faciā de ieſu · qui dicitꝰ xp̄s · Dicūt om nes crucifigatꝰ · Ait il lis pſes · q̄d · n · mali fe cit · At illi magis cla

Chriſ · in omelia · Quia xp̄s ad accuſa-tiones iudeoꝝ nihil rn̄derat ꝑ q̄d poſſet eum pylatꝰ ab accu ſationibꝰ iudeorum excuſatuz hr̄e · aliud machinatꝰ ꝑ q̄d eum liberare poſſit · Vn̄ dicitꝰ · Per diē aꝰ ſo/ lēnem ɔſueuerat pſ-ſes dimittē ꝑplo vin ctum vnū quē voluiſ ſent · Ori · Sic enīz q̄ſdam grās pſtant gētes eis q̄s ſubi ci-unt ſibi · donec cōfir metꝰ ſuꝑ eos iugū ip ſorum Tn̄ ɔſuetudo hec aliq̄n fuit apud iudeos · Saul em̄ nō interfecit ionathan omi ꝑplo petēte euz ad vitā Chriſo · in ome · Per hāc aꝰ cō ſuetudinem xp̄m eri pere tēptauit · vt et neqʒ vmbrā excuſa-tōis iudei ſibi dereli quāt · manifeſtꝰ ho micida in compatōe xp̄i adducitꝰ · de quo ſequitꝰ · Habebat aꝰ tunc vnū vinctū in-ſignem · q̄ dicebatur barrabas · Nō ſimpli citer dicit latronem ſʒ inſignē h̄ eſt in ma litia diffamatū Hie Jſte barrabas i euā gelio · q̄d inſcribitꝰ iuxta hebreos · filiꝰ magiſtri eoꝝ inter/ pretatꝰ · qui ꝓpter ſe ditionē ⁊ homicidiū fuerat ɔdempnatꝰ · Offert aꝰ optōez eis pylatꝰ dimittēdi q̄ʒ vellēt · latronem an

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mabāt dicētes· Cru
cifigatꝛ· Videns pyla
tus q̄ꝛ nihil pficeret·
ſed magis tumultus
fierꝫ accepta aqua la
uit manꝰ corā popu
lo dicēs· innocēs ego
ſum a ſanguine iuſti
huius· Vos videritis
Et rñdens vniuerſus
populꝰ dixit· Sang
uis eius ſup nos et ſu
per filios nr̄os Tunc
dimiſit illis barrabā·
ieſum aūt flagellatuꝫ
tradidit eis· vt cruci
figeretur·

ieſum· non dubitans
ieſum potiꝰ eligen=
dum· Vñ ſequitꝛ· Cō
gregatis autēꝫ illis
dixit pylatꝰ · Quem
vultis dimitti vobis
barraban an ieſuꝫ· q̄
vocatꝛ xp̄s· Chri·
in ome· q ·di· Si nō
vultis ſicut innocen
tem dimittē ſaltē cō
demnatū feſtiuitati
dimittatis · Si enim
oportebat in pecca
tis manifeſtis exiſtē
tem dimittere multo
magis in dubijs Vi/
de aūt ordinem con
uerſum· Petitio pro
ꝯdemnatis ſolet eſſe
plebis · ꝯceſſio autē
pn̄cipis ꝯ̄tunc aūt con
trariū geſtū ē Prin
ceps· n· petit a plebe
et plebs ferotior reddiꝛ Glo· quare aūt pylatꝰ
ad liberationē xp̄i laborauit manifeſtat euāgeli=
ſta cū ſubdit· Sciebat eīn q̄ p inuidiā tradidiſſent
eum· Remi· Que aūt inuidia fuerit · Johannes
manifeſtat· Qui narrat eos dixiſſe· Ecce mundus
totꝰ poſt eum vadit· et ſi dimmittimꝰ eum ſic· om
nes credēt in eum· Notandū etiā· quia loco eiꝰ q̄d
math· dicit· An ieſum· qui diciꝛ xp̄s· Marcꝰ dicit
vultis· dimittā vobis regē iudeoꝝ · Soli nāq̄ꝫ re
ges iudeoꝝ vngebanꝛ · et ab ip̄a vntione xp̄i vo
cabanꝛ· Chriſ· in ome· Deinde ſubdiꝛ aliud q̄d
ſufficiens erat oēs a paſſione reuocare· Sequiꝛ
eīn· Sedente aūt eo pro tribunali miſit ad eum vx=
or eius di· Nihil tibi et iuſto illi· Cum demōſtrati
one eīn que erat a rebꝰ· ſomnꝰ non paruum quid
erat Raba· Notandū vero· quia tribunal ſedes
eſt iudicis· ſoliū regū· cathedre magiſtroꝝ in vi/
ſionibꝰ autem et ſomnijs gentilis viri vxor hoc in
tellexit· q̄d iudei vigilātes· nec credere· nec intel
ligere voluerūt· Hiero· Nota etiam q̄ gentili/
bus ſepe a deo ſomnia reuelenꝛ· Et q̄ in pylato ꝛ
vxore eius iuſtū dominū ꝯfitentibꝰ· gentilis po/
puli teſtimoniū ſit· Chriſ· in ome· Sꝫ cuiꝰ grā
non ip̄e pylatꝰ· ſomniū videbat· quia illa magis
digna erat· vel quia ſi pylatꝰ vidiſſet non equali
ter ſibi creditū eſſet· vel forte neq̄ꝫ dixiſſet ꝓpē h̄
diſpenſatꝛ a deo q̄ mulier vidit· vt manifeſtū oīn
bus fieret· Et non ſimpliciter videt· ſed et patiꝛ
multa · Sequiꝛ eīn· Multa eīn paſſa ſum hodie p
viſum ꝓpter eum· vt ſcꝫ a paſſione que erat ad vx
orem· deſidior fieret vir circa occiſionē· Sed ꝛ tē
pus non paꝝ ꝯferebat et eīn eadem nocte vidit ·
Augꝰ· in ſer· de paſ· Sic ergo iudex terreꝛ i cō
iuge· et vt crimini iudeoꝝ non p̄beat i iuditio cō
ſenſum· ptulit in vxoris afflictione iuditiū· iudica
tur ip̄e qui iudicat· et torqueꝛ anteq̄ꝫ torqueat ·
Raba· vel aliter · Nūc demū dyabolꝰ intelligēs
per xp̄m· ſe ſpolia ſua amiſſurum· ſicut p̄mum· per
mulierem mortē intulerat· ita per mulierem vulꝛ
xp̄m de manibꝰ iudeoꝝ liberare· ne per eius mor
tem· mortis amittat imperiū· Chri· in omelia·
Nihil autem p̄miſſoꝝ xp̄i aduerſarios nouit· quia
eos omnino inuidia excecauerat· vnde ex ꝓpria ma
licia plebem corrumpunt · et hoc eſt quod ſequiꝛ
Principes autem et ſeniores perſuaſerunt popu
lo vt peterēt barrabā· Jeſum vero pderēt Ori·
Et eſt vidē nūc quomō ꝓplus iudeoꝝ a ſenioribꝰ
ſuis· et iudaice culture doctoribus ſuadetur ꝛ ex=
citatꝛ aduerſus ieſum· vt perdant eum· Sequitur·
Reſpondens autem preſes· ait illis· Quem vultis
vobis de duobꝰ dimittā· Glo· Reſpondiſſe aūt
dicitur pylatꝰ hec dicens· ſiue ad ea que vxor nū
ciauerat· ſiue ad petitionem populi· qui iuxta cō/
ſuetudinē aliquē in die feſto ſibi dimitti petebāt
Orige· Turbe autē quaſi fere que ſpatioſaꝫ am
bulant viam voluerūt ſibi barraban habere ſolutū
Vnde ſubditur· At illi dixerunt· Barraban Ideo
gens illa habet ſeditiones· ꝛ homicidia et latroci
nia ſecundum quoſdā gentis ſue in rebus que fo=
ris habentur· ſecundū autem oēs intꝰ in anima
Vbi enim non eſt ieſus· illic lites et prelia ſūt Vbi
autem eſt· ibi ſunt omnia bona et pax· omnes etiā
qui iudeis ſunt ſimiles· vel in dogmate· vel in vi/
ta· Barraban ſibi ſolui deſiderāt· Quicūq̄ꝫ eīn ma/
la agit· ſolutꝰ eſt in corpe eius barrabas· Criſtꝰ
autem vinctꝰ· Qui autem bona agit Criſtū habꝫ
ſolutum· barraban vinctum· voluit autem pylatꝰ
pudorem tante iniquitatis eis incutere· Vnde ſe=
quitur· Dicit illis pylatꝰ· Quid igiꝛ faciam de ie
ſu· qui dicitur criſtus· Non ſolum autem hoc· ſed ꝛ
menſuram colligere volens impietatis eorum· Illi
aūt nec hoc erubeſcunt · q̄ pylatus ieſum criſtum
eſſe confitebatur· nec modum impietatis ſeruant·
Vnde ſequitur · Dicunt· omnes crucifigatur · In
quo multiplicauerūt impietatis ſue menſuram· nō
ſolum homicidam poſtulantes ad vitam · ſed etiā
iuſtum ad mortem· et ad mortem turpiſſimam cru
cis· Rabanꝰ· Pendentes ſiquidem in ligno cru
cifixi clauibus · ad lignum pedibus manibuſq̄ꝫ cō
fixi producta morte necabantur· et diu viuebant
in cruce· nō quia longior vita eligebatꝛ· ſed quia
mors ipſa protendebatur· ne dolor cicius finire=
tur · Verum iudei de morte peſſima cogitabant ·
ſed a domino non intelligentibus eis electa erat ·
Ipſam enim crucem dyabolo ſuperato erat tanq̄
tropheum in frontibꝰ fidelium poſiturꝰ· Hie·
Cum autem hoc reſponderent · non ſtatim acquie=
uit· ſed iuxta ſuggeſtionem vxoris· que mandaue
rat · Nihil tibi et iuſto illi· ipſe quoq̄ꝫ reſpondit ·
Vnde ſequitur· Ait illis preſes · Quid enim mali
fecit · Hoc dicendo· pylatꝰ abſoluit ieſum· Sequi
tur· At illi magis clamabant· dicentes· Crucifiga
tur· Vt impleretur quod in pſalmo dicitur· Cir/
cundederunt me canes multi· congregatio malig
nantium obſedit me · Et illud hieremie· Facta eſt
mihi hēditas mea· ſicut leo in ſilua dederunt ſu=
per me vocem ſuam· Auguſtinꝰ de concordan=
tia euangeliſtarum · Sepius autem pylatus cum
iudeis egit· volens · vt dimitteretur ieſus · quod
pauciſſimis verbis teſtatꝛ Matheus cum ſubdit·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Videns pylatꝰ· quia nihil ꝓficeret· ſed magis tu
multus fieret· qđ non diceret· niſi multū ille cona
tus fuiſſet· q̄uis tacuerit quotiēs hoc temptauit
vt erueret· Jeſum furori eoꝝ· Sequit̄ · Accepta
aqua lauit manus corā ꝓplo · dicēs· Innocēs ego
ſum a ſanguine iuſti huius  Remi· Mos em̄ erat
apud antiq̄s· vt cum vellet q̇s ſe oſtendē immunē
ab aliquo c̄rimine· accepta aqua lauaret manus ſu
as coraꝫ ꝓplo  Hiero· Pylatꝰ ergo accepit aquā
iuxta illud ꝓpheticū· Lauabo inter innocētes ma-
nus meas· q̇dammō in hoc ꝯteſtās et dicēs· Ego
quidē innocētē volui liberare · Sꝫ qm̄ ſeditio ori
tur· et rebellionis mihi cōtra ceſarē crimē impin
git̄· innocēs ſum a ſanguine iuſti huiꝰ · Judex er-
go qui cogit̄ ꝯtra dn̄m ferre ſentētiā· nō damnat
oblatū· ſꝫ arguit offerētes· iuſtū eſſe ꝓnuntians
qui crucifigendꝰ eſt· Sequit̄ · Vos videritis· q̄ſi
diceret· Ego miniſter legum ſum· vox veſtra ſang
uinem fundit · Sequit̄· et rn̄dens vniuerſus ꝓplus
dixit· Sanguis eius ſup nos et ſup filios noſtros
Perſeuerat· vſqꝫ in pn̄tem dieꝫ hec impꝛ̄catio ſup
iudeos· et ſanguis dn̄i nō aufert̄ ab eis·  Chri·
in ome· intuere aūt et hic iudeoꝝ multā inſaniam·
Eoꝝ em̄ impetꝰ et ꝑnicioſa ꝯcupiſcētia· nō ꝑmit
tit eos que oportet inſpicere · et ſibi maledi cunt
dicētes· Sanguis eius ſup nos· qđ ad filios male
ditionē attrahūt di· et filios noſtros· ſꝫ tn̄ miſeri
cors deus eoꝝ ſententiā non firmauit · ſꝫ ex eis et
eoꝝ filijs ſuſcepit· qui penitentiā egerunt· Etem̄
et paulus ex ip̄is fuit· et multa milia eoꝝ· qui in
hieroſolimis crediderunt·  Leo papa· Exceſſit ꝗ
pylati culpam facinꝰ iudeoꝝ· Sed nec ip̄e euaſit
reatū qui reliq̇t ꝓpꝛium iuditium· et in crimē tran
ſiuit alienū· Sequit̄ em̄ · Tūc dimiſit ill' barrabā
Jeſum aūt flagellatū tradidit eis· vt crucifigere
tur  Hiero· Sciendū eſt aūt pylatū romanis le-
gibꝰ miniſtraſſe quibꝰ ſancitū eſt· vt qui crucifi
git̄ ꝑus flagellis verberet̄· Tradit̄ igit̄ Jeſus
militibꝰ verberandꝰ· et illud ſanctiſſimū corpus
pectus dei capax· flagellis ſecuerunt  Auguꝰ·
in ſer· de paſ· Ecce dn̄s aptat̄ ad verbera· ecce iaꝫ
cedit̄ rupit ſāctā cutē violētia flagelloꝝ· repeti
tis ictibꝰ crudelia verbera ſcapulaꝝ terga cōci
dunt· Prochdolor iacet extenſus· aū hominē deꝰ
ei ſupplitiū· patit̄ rei· in quo nullū peccati veſtigi
um potuit inueniri·  Hiero· Hoc aūt factum eſt
vt quia ſcriptū erat· Multa flagella peccatoꝝ·
illo flagello nos a verberibꝰ liberem̄ In lauacro
etiam manuū pylati· gentiliū om̄ia opa purgant̄
et ab impietate iudeoꝝ nos alieni efficim̄  Hila
Hortantibꝰ autē ſacerdotibꝰ ꝓplus barraban ele
git· qui interp̄tat̄ patris filiꝰ· in quo archanum
future infidelitatis oñdit̄ xp̄o antixp̄m peccati fi
lium preferēdo·  Raba· Barrabas etiā qui ſedi
tiones faciebat in turbis · dimiſſus eſt populo iu
deoꝝ· id eſt dyabolꝰ qui vſqꝫ hodie regnat ī eis
et idcirco pacem habere non poſſunt·

Tunc milites p̄ſidis· ſuſcipientes Jeſum i
pretorio· cōgregaue
runt ad euꝫ vniuerſaꝫ
cohortē· Et exuētes
eum· clamidē coccine
am circūdederūt ei· ⁊
plectentes coronā de
ſpinis poſuerūt ſuper
caput eius· et arundi
nem in dexteraꝫ eius
et genu flexo ante eū
illudbāt dicētes · aue
rex iudeoꝝ· Et expu-
entes in eum· accepe-
runt arundinē· et ꝑcu
ciebāt caput eius·

Augꝰ· de cō euā·
Poſt accuſatōes xp̄i
cōſequens eſt · vt ip
ſam dn̄i paſſionē vi-
deamus· quā math·
ſic incipit· Tunc mi/
lites p̄ſidis ſuſcipiē
tes Jeſum in preto
rio cōgregauerūt ad
eū vniuerſam cohor
tem  Hie· Quia em̄
rex iudeoruꝫ fuerat
appellatus· et hoc ei
ſcribe et ſacerdotes
crimē obiecerāt · ꝙ
ſibi in populo iſra-
hel vſurparet impe
rium· illudentes hoc
faciunt vt nudatum
p̄ſtinis veſtibꝰ indu
ant clamidem cocci-
neam ꝓ rufo limbo·
q̇ reges veteres vte
bant̄ · et ꝓ diadema
te imponant ei coro
nam ſpineā· pro ceptro regali dent calamū· ⁊ ado
rent q̄ſi regem· Et hoc eſt qđ ſubdit̄ Et exeuntes
eum clamidem coccineā c̄ūdedert ei· et plecten-
tes coronā de ſpinis  Augꝰ· de con euā· Per hꝫ
aūt intelligit̄ marcū dixiſſe indutuꝫ pupura· Pro
regia em̄ purpura· clamis illa coccinea ab illuden
tibus adhibita erat· et eſt rubra quedā purpura
coco ſimilima · Poteſt etiā fieri · vt purpurā eti
am marcꝰ ꝯmemorauerit· ꝙ clamis habebat· q̄-
uis coccinea  Chri· in ome · Que igit̄ erit nob cu
ra de reliquo ſi ꝯtumelias ab aliquo patiam̄ · pꝰ
ꝙ xp̄s hoc paſſus eſt· Etem̄ qđ fiebat in xp̄m vlte
rius terminꝰ ꝯtumelie erat· nec vna particlā tm̄
ſꝫ vniuerſuꝫ corpꝰ paciebat̄ iniurias· Caput per
coronā et arundinē et colophos · Facies quia iſpu
ebatur· Gene quia alapis cedebant̄· Corpꝰ totuꝫ
per flagella· Et quia denudatū eſt ꝑ c̄ūdatōeꝫ
clamidis et ꝑ fictā adoratōeꝫ· Manꝰ per arūdinē
quā dederunt ei ꝓ ſceptro· ac ſi timerēt· ne aliq̇d
pretermitterēt· ꝯtuiſſime ꝑſumtōis·  Augꝰ· de
con· euā · Apparet aūt matheū recapitulando iſta
cōmemoraſſe· non q̇ tūc factū ſit· cum eū pylatus
crucifigendū tradidiſſet Johānes em̄ anteq̄ diceret
ꝙ eum pylatꝰ crucifigendū tradiderit iſta ꝯme-
morauit  Hiero· Nos autē oīa hec intelligamus
miſtice· Quomō em̄ cayphas dixit· Oportet vnū
hominē mori pro om̄ibꝰ· neſciēs quid diceret· ſic
et iſti qđcunqꝫ fecerunt· licet alia mente fecerint·
tn̄ nobis qui credimꝰ ſacramēta tribuebāt · In cla
mide coccinea· opa gentiū cruēta ſuſtētat· In co-
rona ſpinea maledictū ſoluit antiquuꝫ · In calamo
venenata occidit animalia · ſiue calamum tenebat
in manu· vt ſacrilegiū ſcriberet iudeoꝝ·  Hier·
Vel aliter· Suſceptis oībꝰ corpis nr̄i infirmitati
bus a dn̄o· om̄e deinde noſtrū quibꝰ regnū ſecuꝫ
erat debitū· ſagume cocci colore ꝑfundit̄ Spinis
qꝫ· id eſt ꝯpungentiū quōdam peccatis gentium
coronat̄· Eſt em̄ aculeus in ſpinis · ex quibus xp̄o
victorie corona ꝯtexitur · In calamo vero earun-
dem gentiū infirmitas atqꝫ inanitas manu ꝯpre-
henſa firmat̄· quin etiā capiti eius illudit̄· vt ifir/
mitas gentiū· manu criſti ꝯprehēſa· etiā in deum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑtem qui caput ei⁹ ē ꝯquieſcat Ori· vel calam⁹
miſteriū fuit· qđ priuſquā crederem⁹ ꝯſidebam⁹
in virga arūdinea egipti· vel cuiuſcūqȝ regni cō
trarij deo· quē accepit· vt triūphet euȝ in ligno
crucis Percutiūt aūt eum hoc calamo caput criſti
ieſu· qm̄ ſemp regnū illud verberat deū patrem
caput ſaluatoris Remigi⁹· vel aliter· per clami
dem coccineā caro dn̄i deſignatꝰ· que rubra dicitꝰ·
ꝓpter ſanguinis effuſionē Per ſpineā coronam ſu
ſceptio pctoꝝ noſtroꝝ· q: in ſimilitudine carnis
peccati apparuit Ra· Calamo igitꝰ xp̄i caput ꝑ
cuciunt· qui diuinitati eius ꝯtradicentes· erroreȝ
ſuū autoritate ſācte ſcripture que calamo ſcribitꝰ
cōfirmare conantꝰ· Spuūt in faciē eius· qui p̄nti/
am gratie illi⁹ verbis execrandis reſpuūt et ieſū
in carne veniſſe denegāt· Falſo autē illū adorant
qui eū credūt· ſꝫ peruerſis actib⁹ deſpiciūt· Hie-
de con· euā· Qđ aūt dn̄m in paſſione exuerūt veſtē
ꝓpriam et induerūt fucatam· ſignati ſunt heretici·
qui eū dicūt verū corp⁹ nō habuiſſe· ſꝫ fictum·

Et poſtꝗ illuſerūt
ei· exuerunt euȝ clami
dem· et induerūt euȝ
veſtimētis ſuis· ⁊ dux
erūt euȝ· vt crucifige
retꝰ· Exeūtes aūt inue
nerunt hominē cirene
um nomine ſimonem·
Hunc angariauerūt
vt tolleret cruceȝ ei⁹
Et venerūt in locū· q̄
dicitur golgatha qđ
eſt caluarie loc⁹· ⁊ de
derunt ei bibere vinū
cum velle mixtum· et
cum guſtaſſet· noluit
bibere·

Glo· Poſtꝗ euan
geliſta ꝯmemorauit
na que ad illuſioneȝ
xp̄i ptinent· nūc nar
rare incipit ꝓceſſuȝ
crucixionis ip̄i⁹· Vn̄
dicitꝰ· Et poſtꝗ illu
ſerunt ei exuerūt eū
clamidem· et indue-
runt eum veſtimētis
ſuis· et duxerūt eum vt
crucifigerētꝰ Aug· de
con· euan· Hoc autē
in fine factum eſſe in
telligitur· cum iam
ducerētꝰ ad crucifi-
gendum· Poſtꝗ ſcȝ
pylat⁹ tradidit euȝ
iudeis· Hiero· Non
tandū autē· ꝙ quan
do flagellatꝰ ieſus et
conſpuitꝰ non habet
ꝓpria veſtimēta· ſed
ea que ꝓpt pcta nr̄a
ſumpſerat Cum aūt
crucifigitꝰ et illuſionis pompā p̄terierit· tunc p̄ſti
nas veſtes recipit· et ꝓprium aſſumit ornatū· ſta/
timqȝ elementa turbantꝰ· et creatori dat teſtimo-
niū creatura· Orige· Et de clamide quidē ſcrip
tum eſt· qm̄ denuo expoliauerūt eum· De corona
autem ſpinea nihil tale· Euāgeliſte ſcripſerūt vt
iam nō ſint ſpine noſtre antique poſtꝗ ſemel eas
a nobis abſtulit ieſus ſup venerabile caput ſuū·
Chriſ· in ſer· de paſſione· Non aūt voluit domi
nus pati ſub tecto· non in templo iudaico· ne pu-
tares ꝓ illa tantū plebe oblatū· et ideo foras ci-
uitatē foras muros· vt ſcias ſacrificiū eſſe om̄ne·
quod totius terre eſt oblatio· qđ communis eſt pu
rificatio· et hoc ſignatꝰ cuȝ dicitꝰ Exeuntes aūt inue
nerūt hoīem cireneū noīe Symonē hunc angaria
uerunt vt tolleret crucem eius· Hiero· Ne quis
autē putet huic loco euangeliſte iohannis hyſto

riam eſſe ꝯtrāriā· Ille em̄ dicit exiuntē dn̄m de p̄to
rio portaſſe crucē ſuam· Matheus autem refert· ꝙ
inuenerunt hoīem cireneū cui impoſuerūt crucem
ieſu· Sȝ hoc intelligendū ē ꝙ egrediēs de preto
rio ieſus ip̄e portauerit crucē ſuā· Poſtea obuiāȝ
habuerunt ſimoneȝ· cui portandā cruceȝ impoſu
erunt· Orige· Aut egreſſi quidem angariauerūt
ſimonē· Appropinqn̄tes autē ad locum· in quo eū
fuerant ſuſpēſuri· impoſuerūt crucē et ip̄i· vt ip̄e
eam portaret· Non fortuito aūt angariat⁹ eſt ſi/
mon· ſꝫ ſcđm diſpoſitōeȝ dei ductus eſt ad hoc vt
euāgelica ſcriptura dign⁹ inueniretꝰ· et miniſte-
rio crucis xp̄i· Non ſolum aūt ſaluatorē ꝯueniebat
accipe crucem ſuam· ſꝫ et nos ꝯueniebat· eam por
tare· ſalutarē nobis angariā adimplētes· Nec tn̄
ſic ꝓfeciſſet nobis eam accipe· ſicut cum ip̄e acce
pit· Hiero· Miſtice xp̄m ſuſcipiunt nationes· et
peregīnus obediēs portat ignominiā ſaluatoris·
Hila· Inding⁹ em̄ iudeus erat xp̄i crucem fer-
re· quia fidei gentiū erat in reliquū· et crucē acci
pere et ꝯpati· Remi· Iſte em̄ ſimon nō erat hie
roſolimita· ſꝫ pegrin⁹ et aduena· ſcȝ cirene⁹· Cire
ne em̄ ciuitas eſt Libie· Interp̄tatꝰ aūt ſimon obe-
diēs· Cyrene⁹ heres· Vn̄ pulchre per eum deſig/
natꝰ popul⁹ gentiū· qui pegrin⁹ erat teſtamēto/
rum dei· ſꝫ credēdo fact⁹ eſt ciuis ſanctoruȝ et do
meſtic⁹ et heres dei· Greg· in om̄e· Vel aliter
per ſimonē· qui cruceȝ dn̄icam in angariā portat
deſignātur abſtinētes et arrogātes· quia per ab
ſtinentiā quidē carnem afficiūt· ſꝫ fructū abſtinen
tie interi⁹ non requirunt· Vn̄ idem ſimon crucem
portat· ſꝫ non moritꝰ· quia abſtinentes et arrogā
tes ꝑ abſtinentiā quidē corp⁹ affitiūt· ſed ꝑ deſi
deriū quidē glīe mūdo viuūt· Sequitꝰ· Et venerūt
in locuȝ· qui dicitꝰ golgatha· qđ eſt caluarie loc⁹
Raba· Golgatha em̄ ſyruȝ nomē eſt· et interp̄
tatur caluaria· Hiero· Audiui quendā expoſuiſ
ſe caluarie locum· in quo ſepult⁹ eſt· Adam· et ideo
ſic appellatuȝ· quia ibi antiqui hominis ſit ꝯdituȝ
caput· Fauorabilis interp̄tatio· et mulcens aureȝ
populi· nec tamē vera· Extra vrbem eniȝ et foris
portam loca ſunt· in quib⁹ truncantꝰ capita dam-
natoꝝ· et caluarie· id eſt collatoꝝ ſumpſere nom̄
Propterea aūt ibi crucifi⁹ eſt ieſus· vt vbi prius
erat area damnatoꝝ· ibi erigerentꝰ vexilla marti
rij· Adā vero ſepultū iuxta· Ebron et Arbee i ieſu
filij Naue volumine legim⁹· Hila· Loc⁹ autem
crucis talis eſt· vt poſit⁹ in medio terre ad cape-
ſcendā dei cognitionē vniuerſ gentib⁹ eſſȝ equa
lis· Sequitꝰ· Et dederūt ei bibere vinum cū felle
mixtum· Aug⁹· de con· euā· Hoc marc⁹ ita nar
rat· Et dabāt ei bibere mirratuȝ vinum· Fel ꝗppe
pro amaritudine math· poſuit· Mirratū em̄ vinū
amariſſimū eſt· quanꝗ fieri poſſit· vt fel et mirra
vinum amariſſimū redderētꝰ· Hiero· Amara vi-
tis amaꝝ vinum facit· quo potāt dominū iheſum·
vt impleatꝰ qđ ſcriptū eſt· Dederunt in cibum me-
um fel· et deus loquitꝰ ad hieruſalē Ego te planta
ui vineā verā· quō facta es in amaritudine vitis
aliene· et cum guſtaſſet noluit bibere· Augu⁹· de
con· euā· Quod autem marcus ait· et non accepit·
intelligitꝰ· Non accepit vt biberet· Guſtauit autē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut mathe⁹ teſtis eſt. Et quod idem mathe⁹ ait.
Noluit bibere. hoc marc⁹ dixit. Non accepit. Ta-
cuit etiā ꝙ guſtauit. Nos autem cum guſtaſſet. no
luit bibere. hoc indicat ꝙ guſtauerit quidē ꝓ no
bis mortis amaritudinē. ſed tertia die reſurrexit
Hila. Vel ideo oblatum vinū felle admixtū bi-
bere recuſauit. Non em̄ eterne glīe in corruptiōꝫ
peccatoꝝ amaritudo miſcet̄

**Poſtq̄ autem cru
cifixerūt eū. diuiſerūt
veſtimenta eius. ſor-
tēꝫ mittētes. vt adim
pleret̄ qđ dictū eſt ꝑ
ꝓphetā dicentē Diui
ſerunt ſibi veſtimēta
mea. et ſuper veſtem
meam miſerūt ſortēꝫ.
Et ſedentes ſeruabāt
eam. Et impoſuerunt
ſup caput ei⁹ cauſam
ipſius ſcriptam. Hic
eſt ieſus rex iudeoꝝ.
Tūc crucifixi ſunt cū
eo duo latrōes. vn⁹ a
dextris ali⁹ a ſiniſtris**

Gloſa. Premiſſo
quomodo. Criſtus
ad locuꝫ paſſionis ē
ductus. Hic euāge-
liſta ipſam paſſionēꝫ
ꝓſequit̄. gen⁹ mor-
tis exponēs. cuꝫ dic̄
Poſtq̄ aūt crucifix
erunt eum. Aug⁹.
in libro. lxxxiij. que
ſtionū. Sapientia q̄
dem dei hominēꝫ ad
exempluꝫ. quo recte
viueret em⁹. ſuſcepit.
Pertinet autē ad vi
tam rectam. ea q̄ nō
ſunt metuēda nō me
tuere. Sunt aūt ho
mines. q̄ q̄uis mor-
tem ipām nō timeāt
genus tamē mortis
horreſcunt. vt ergo
nullum mortis gen⁹
recte viuēti homini
metuendū eſſet. illi⁹
hominis cruce oñdē
dum fuit. Nihil eniꝫ erat inter oīa gnā mortis. il
lo execrabili⁹ et formidabili⁹. Aug⁹. in ſer. de
paſſione. Quātum autē valeat virt⁹ crucis. adū-
tat ſanctitas vr̄a Cōtēpſit Adā ꝑceptū accipiēs
ex arbore pomū. Sed quicq̄d adam ꝑdidit. xp̄s
in cruce inuenit. De diluuio aquaꝝ humanum ge
nus arca lignea liberauit. de egipto dei ꝑplo re-
cedente. Moyſes mare ꝟga diuiſit. Pharaonem
ꝓſtrauit. et populū dei redemit. Idē moyſes lig
num in aquā miſit. et amarā aquā in dulcedinem
ꝯmutauit. Ex lignea virga de ſpirit ali petra ſalu
taris vnda ꝓfert̄. et vt Amelech viceret̄ ēca vir
gam Moyſes expāſis manib⁹ extendit̄. et lex dei
arce teſtamēti credit̄ lignee. vt his omnibus ad
lignū crucis. q̄ſi ꝑ grad⁹ quoſdā veniat̄ Chr.
in ſer. de paſſione. Ideo et in excelſo ligno nō ſub
tecto paſſus eſt. vt etiā ip̄ius aeris natura mūde
tur. Sed et terra ſimile bn̄ficium ſentiebat decur
rentis de lattere ſanguinis ſtillatione mundata.

Glo. Lignū etiā crucis ſignificare videt̄ eccle
ſiam. in q̄tuor mundi partib⁹ diffuſam. Raba.
Vel ſm moralē ſenſum crux ꝑ ſuam latitudinē ſig
nificat hylaritatē opantis. quia triſtitia anguſti
as facit. Latitudo em̄ crucis eſt in tranſuerſo lig-
no. vbi figunt̄ manus Per man⁹ aūt opa intelli-
gimus. Per latitudinē aūt cui caput adiungitur
ſignificat̄ expectatio retributōis de ſublimi iuſti
tia dei. Longitudo aūt qua totū corpus extendit̄
tolerantiā deſignat. vn̄ lōganimes dicuntur. qui
tolerant. Profundū aūt quod terre infixum eſt.
ſecretū ſacramēti ꝑfigurat. Hilari. Sic ergo in
ligno vite cunctoꝝ ſalus et vita ſuſpendit̄. Vnde
dicit̄. Poſtq̄ aūt crucifixerūt eum. diuiſerunt ve-
ſtimenta eius. ſortem mittētes. Augu. de con.
euan. Hoc breuiter a matheo dictū eſt. Johānes
aūt diſtincti⁹ explicat. quēadmodū geſtū ſit. Mi
lites inquit cum crucifixiſſent eum. acceperūt ve
ſtimēta eius. et fecerūt q̄tuor ꝑtes. vnicuiqꝫ mili
ti partem et tunicā. Erat aūt tunica incōſutilis.

Criſ. in ome. Notandū ergo. ꝙ non ꝑua hec ad
iectio xp̄i erat. quaſi em̄ circa dehonoratū. et om-
nium viliſſimū in xp̄o hoc agebāt. In latronib⁹
aūt nihil tale operati ſunt. Diuidē em̄ veſtimēta
in condēpnatis valde vilib⁹ ⁊ obiectis fit ⁊ nihil
aliud hn̄tib⁹. Hie. Hoc autem qđ ēca xp̄m ge
ſtum eſt. in pſalmo fuerat ꝓphetaꝝ. Et ideo ſeqt̄
Vt adimpleret̄ qđ dictū eſt ꝑ ꝓphetā dicentem.
diuiſerūt ſibi veſtimēta mea. et ſup veſtem meam
miſerunt ſortē. Sequit̄. Et ſedētes ſeruabāt eum
ſcꝫ milites. Diligentia militū. et ſacerdotū nobis
ꝓfuit. vt maior et aptior reſurgētis ꝟt⁹ appare
at. Sequit̄. Et impoſuerūt ſup caput eius cauſaꝫ
ipſius ſcriptā. Hic eſt ieſus rex iudeoꝝ. Non poſ
ſum autem digne admirari ꝓ rei magnitudine. ꝙ
emptis falſis teſtib⁹ et ad ſeditionē. clamoremqꝫ
infelici ꝑplo concitato. nullā aliā inuenerunt cau
ſam interfectionis eius. niſi ꝙ rex iudeorum eſſet.
Et illi forſitan illudētes ridenteſqꝫ hoc fecerunt.

Raba. Diuinit⁹ autem ꝓcuratum fuit. vt tal' ti
tulus ſuper caput ei⁹ poneret̄. vt ꝑ hoc iudei ag
noſcerent. q̄m nec etiā occidendo facere potuert.
vt eum regem non haberent Per mortis em̄ pati
bulum. non amiſit imperiū. ſed poti⁹ corrobora-
uit. Orige. Et ꝑnceps quidē ſacerdotum ſm lit
teram legis portabat in capite ſuo ſanctificatōꝫ
domini ſcriptā. Ver⁹ autem ꝑnceps ſacerdotum.
et rex Jeſus in cruce quidē habet ſcriptū Hic eſt
rex iudeoꝝ. Aſcendēs at ad ꝑrem ꝓ litteris. et ꝓ
noīe quo noīatur. hꝫ ip̄m patrem. Raba. Quia
em̄ rex ſimul et ſacerdos eſt. cum ſue carnis hoſti
am in altari crucis offerꝫ. regi qꝫ dignitatē titu-
lus ꝑtendit. qui non infra. ſꝫ ſup crucēꝫ ponit̄. q:
licet in cruce ꝓ nob̄ hoīs infirmitate dolebat ſup
crucem tn̄ regis maieſtas fulgebat. quā ꝑ crucēꝫ
nō ꝑdidit. ſꝫ poti⁹ ꝯfirmauit. Sequit̄. Tunc cru
cifixi ſūt cuꝫ eo duo lattrones. vn⁹ a dextris ⁊ ali⁹
a ſiniſtris. Hiero. Sicut em̄ ꝓ nobis maledictū
crucis factus eſt xp̄s. ſic ꝓ omniū ſalute inī noxi-
os quaſi noxius crucifigit̄. Leo papa in ſer. de
paſ. do. Duo etiā lattrones. vn⁹ ad dexterā. ⁊ ali⁹
ad ſiniſtraꝫ crucifigunt̄. vt in ip̄a patibuli ſpecie
mōſtaret̄ illa. que in iuditio ip̄i⁹ oīm hoīm eſt fa
cienda diſcretio. Paſſio igit̄ xp̄i. ſalutis noſtre cō
tinet ſacramentū. et de inſtrumēto qđ iniq̄tas iu-
deoꝝ parauit ad penā potētia redemptoris gra
dum fecit ad gloriā. Hila. vel aliter. Duo latro
nes leue ac dextre affigūt̄. omnē humani generis
vniūſitatem vocari ad ſacramentuꝫ paſſionis dn̄i
oñdentes. Sed qꝛ ꝑ diuerſitatem fidelium. ac infi
delium fit omniū ſm dextrā ſiniſtrāqꝫ diuiſio vn⁹
ex duob⁹ ad dexterā ei⁹ ſitus. fidei iuſtificatione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſaluať· Remi·Vel p̄ iſtos duos latrones deſig
nanť omnes qui artioris vite ↄtinentiã apprehen
dunt· Quicũq3 eñ ſola intentõe placendi deo hoc
faciunt deſignanť p̄ illũ ·qui a dexteris dei cruci
fixus eſt·Qui vero ꝓ appetitu humane laudis·vł
aliqua min9 digna intentõne·deſignãtur p̄ illum
qui a ſiniſtris crucifix9 eſt·

Pretereuntes aũt
blaſphemabãt eũ·mo
uentes capita ſua ·et
dicentes · Vach·qui
deſtruis templũ dei ·
et in triduo illud ree
dificas·ſalua temet=
ip̄m· Si fili9 dei es de
ſcende de cruce · Si=
militer et p̄ncipes ſa=
cerdotũ illudẽtes eũ
cum ſcribis et ſeniori
bus· dicebant·Alios
ſaluos fecit · ſeipſum
non poteſt ſaluũ facẽ
Si rex iſrł eſt ·deſcẽ=
dat nũc ď cruce·⁊ cre
dim9 ei· cõfidit in dõ
liberet eũ·ſi vult Dix
it enim· quia fili9 dei
ſum ·Idip̄m et latro=
nes qui crucifixerant
cũ eo iproperabãt ei·

Chri·in ome·Cũ
xp̄m denudaſſent·et
crucifixiſſent ·vltra
ꝓcedunt·⁊ in cruce
videntes affixum ex=
probrant ei·Vñ di=
ciť·Pretereũtes ať
blaſphemabãt eum
mouẽtes capita ſua
Hiero·Blaſphe=
mabant quidẽ ·quia
p̄tergrediebanť viã
⁊ in vero itinẽ ſcrip
turã ambulare nole/
bãt· Mouebãt capi
ta aũt ſua·quia iam
ante mouerãt pedes
et non ſtabãt ſup̄ pe
trã· Ad ip̄m aũt iſul
tans· dicit fatu9 po
pul9·qď falſi teſtes
cõfinxerãt· Vñ ſeq̄ť
Et dicentes·Vach q̄
deſtruis templũ dei
et in triduo illud re
edificas · Remigi
Vach interiectio eſt
inſultantis·ſiue irri=
dentis· Hila·quid
ergo venie erit·cum
poſt triduum reedi/
ficatum templu3 dei
in corporis reſurre
ctõe cerneret Chri·in ome·Vt q̄ſi p̄oribus ſig
nis incipiẽtes detrahere ſubiũgunt Salua temet
ip̄m ·ſi fili9 ďi es·deſcende de cruce· Chriſo·in
ſer·de paſ·S3 ecõtrario· quia fili9 dei eſt·idõ nõ
deſcendit de cruce·Nam ideo venit·vt crufigere
tur ꝓ nobis· Sequiť· Similiter et p̄ncipes ſacer
dotũ illudentes cum ſcribis ⁊ ſenioribʒ·dicebãt
Alios ſaluos fecit· ſeipſum non poteſt ſaluũ facẽ
Hiero·Etiã nolẽtes ſcribe et phariſei ↄfitenť·
ꝙ alios ſaluos fecerit·itaq3 veſtra vos cõdemnat
ſententia·Qui eñ alios ſaluos fecit·vtiq3 ſi vell3
et ſeip̄m ſaluare poterat·Sequiť·Si rex iſrahel
eſt deſcendat nunc de cruce·et credim9 ei Chr·
in ſer·de paſſione ·Cõſidera autem nunc vocẽ fi=
lioꝝ dyaboli quomõ imitanť vocem paternã dya
bolus eñ dicebat·Mitte te deorſum ſi fili9 dei es·
et iudei dicunt·ſi filius dei es deſcende de cruce·
Leo papa· De quo erroris fonte iudei· talium
blaſphemiaꝝ venena potaſtis·Quis vobis magi
ſter tradidit·que doctrina p̄ſuaſit·ꝙ illũ regem
iſrahel·illum dei filiũ credere deberetis·qui ſe ať
crucifigi nõ ſineret·aut a ↄfixione clauoꝝ liberũ
corpus excuteret·Non hoc vobis legis miſteria·

aut ꝓphetarum ora cecinerunt·Sed illud vere le=
giſtis Faciem meam non auerti a ↄfuſione ſputoꝝ
Et iteꝝ ·Foderũt manus meas·et pedes meos·di
numerauerũt om̄ia oſſa mea·Nũquid legiſtis·Do
minus deſcẽdit de cruce· Sed dñs regnauit a lig
no Raba·Si autẽ tunc de cruce ſurgeret inſul=
tantib9 cedens·v̄tutem nobis patientie nõ dmõ
ſtraret ſed expectauit paululũ·irriſionẽ ſuſtinuit
qui ď cruce ſurgere noluit·de ſepulcro reſurrexit
Hiero·Fraudulẽta autem eſt ꝑmiſſio·cũ addit
Et credimus ei·Quid eñ plus de cruce adhuc vi=
uentẽ deſcẽdere ·an ď ſepulcro mortuum reſurgẽ
Reſurrexit ·et non crediſtis· ergo etiã ſi de cru
ce deſcenderet·non crederetis Sed mihi videtur
hoc demones immiſẽ·Statim eñ vt crucifixus eſt
dñs·ſenſerunt v̄tutẽ crucis·et intellexẽt fractas
vires ſuas eſſe·⁊ hoc agũt·vt de cruce deſcendat
Sed dñs ſciẽs vniuerſarioꝝ inſidias p̄manet ĩ pa
tibulo·vt dyabolum deſtruat ·Sequiť· Confidit
in deo liberet eum ſi vult· Chriſ·in ome·O iniq
nati valde·Nunquid ꝓphete ⁊ iuſti nõ erant·quia
eos non eripuit a periclis deus·Si aute3 illorum
gl'ie non obfuit·ꝙ eis p̄icula induxiſtis· multoma
gis in iſto non oportebat vos ſcãdalizari per ea
que patiť·quia ſemp̄ p̄ ea que dixit·hanc veſtra3
remouit ſuſpitionẽ·Sequiť·Dixit eñ ·quia fili9
dei ſum·Per qď oñdere volebãt·eũ pati ob ſeduc
toris ⁊ erronei cauſã· et ſicut ſup̄bu3 et vaneglo
riantẽ in his que dicebat·Sic ergo iudei et mili=
tes deſubt9 eum deridebãt ·ſed et deſup̄ latrões
cum eo crucifixi·Vñ ſequiť·Idip̄m aũt ⁊ latrones
qui crucifixi erant cũ eo·improperabãt ei· Au·
de con·euã· Poteſt aute3 putari lucas repugnare
ei·quod hic diciť·qui dicit·ꝙ vn9 de latronibus
blaſphemabat eum·quem alter increpabat·Vbi
intelligam9 matheũ breuiter reſtringentẽ hunc
locum pluralẽ numeꝝ ꝓ ſingulari poſuiſſe·ſicut ĩ
ep̄ſã ad hebreos legim9 pluraliter dictũ·Clauſe
runt ora leonũ·cum ſolus daniel ſig̃ficari intelli=
gitur·Quid aute3 vſitati9 q̄ꝫ vt aliquis dicat·En
ruſtici mihi inſultãt·etiã ſi vn9 inſultet Eſſet aũt
ↄtrariũ ſi mathe9 dixiſſet ambos latrones cõuici
atos domino ·Cum vero dictum eſt latrones nec
additum eſt ambo·potuit vſitato locutõis modo
per pluralẽ numeꝝ ſignificari Hiero·Vel põt
dici·ꝙ p̄mum vterq3 ſc3 blaſphemauerit· deinde
ſole fugiente ·terra cõmota·ſaxiſq3 diruptis· et
ingruẽtib9 tenebris vnus crediderit in ieſum ·et
p̄orem negationẽ ſequẽti ↄfeſſione emẽdauerit·
Chriſ·in ome·Vt eñ non exiſtimes ex quadam
cõuenientia id geſtum fuiſſe·neq3 latronẽ fuiſſe·
qui latro videbaťa cõtumelia·oſtendit tibi·q̃m
etiã in cruce poſit9 latro erat et inimic9 et repen
te tranſmutat9 eſt· Hila·Qď autẽ latrones am
bo conditionẽ ei paſſionis exprobrant· vniuerſis
etiã fidelib9 ſcãdalũ crucis futuꝝ eſſe ſignificat
Hiero·Vel in duob9 latronib9 vterq3 popul9
gentiliũ ⁊ iudeoꝝ p̄mo dñm blaſphemauit·p9ea
ſignoꝝ multitudine alter exterrit9 egit peniten
tiã·⁊ vſq3 hodie iudeos increpat· blaſphemãtes
Ori·S3 et latro qui ſaluat9 eſt·p̄t eſſe miſteriũ
eoꝝ·q̃ poſt multas iniquitates crediderũt ĩ xp̄m·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ſexta autē hora tenebre facte ſunt per vniuerſam terrā vſqꝫ ad horam nonam. Et circa horam nonaꝫ exclamauit ieſus voce magna dicens. Heli heli lamazabathani. hoc eſt. Deus meus. deus meꝰ. vt quid dereliquiſti me. Quidā autem illic ſtantes et audientes. dixerunt. Helyam vocat iſte. et ꝯtinuo occurrēs vnꝰ ex eis. acceptam ſpongiam impleuit aceto et impoſuit arundini ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebāt. Sine. Videamus an veniat helias liberās eū ieſus autem clamans voce magna. emiſit ſpiritum.

Chriſo. in ſermo. de paſ. Non poterat ferre creatura iniuriam creatoris. vnde ſol retraxit radios ſuos. ne videret impiorum facinora. Et ideo dicitur A ſexta autem hora tenebre facte ſunt ſup vniū/ſaꝫ terrā. vſqꝫ ad horam nonā. Orige. Ab hoc textu q̄dam calumniant̄ euāgelicam veritatē. Defectio eñ ſolis a ſeculo ſemp fuit in ſuo tempore facta. Sed defectio ſolis que ſecūduꝫ ꝯſuetudinē temporuꝫ ita currentiū fieri ſolet. nō in alio tempe fit niſi in ꝯuētu ſolis et lune. quādo luna ſubtꝰ currēs ſol' impedit radios. occurens ei. In tempore aūt quo paſſus eſt criſtꝰ. manifeſtū eſt. qm̄ ꝯuentꝰ non erat lune ad ſolem. qm̄ tempꝰ erat paſcale quod ꝯſueti diꝫ nis eſt agere quādo luna plena eſt. Quidam aūt credentium volentes defenſiōeꝫ aliquam inducere contra hoc dixerūt. qm̄ illa defectio ſolis ꝯuenienter ſecundum cetera ꝓdigia noua. ꝯtra ꝯſuetudinē facta eſt. Dio. in eplā ad policarpū. Inopinabiliter enim ſoli lunam incidentē videbamꝰ. Non eñ erat ꝯuentꝰ tēporis. et rurſus ipām a nona hora vſqꝫ ad veſperā ad dyametrū ſolis ſupnaturalit̄ reſtitutā. Eclipſim etiā ipām ex oriēte vidimꝰ inchoatā. et vſqꝫ ad ſolarem terminū venientē poſtea regredientem. et rurſus non ex eodem et defectū et repugnationem. ſed econtrario ſ̄m dyametrum factam.

Chriſ. in ome. Tribus etiā horis tenebre permanſerunt. cum eclipſis in momento tranſeat. nō enim habet morā. vt ſciunt illi. qui ꝯſiderauerūt.

Orig. Sed aduerſus hoc filij huiꝰ ſeculi dicunt quomō hoc factum tam mirabile nemo grecorum aut barbaroꝝ ſcripſit eoꝝ qui notauerunt. ſi q̄d tale nouū factū ē aliqñ. Et phlegon quidē in cronicis ſuis ſcripſit in principatu tyberij ceſaris factū. ſ; non ſignauit in luna plena. Arbitror ergo ſicut cetera ſigna que facta ſunt in paſſione ipſius ſcꝫ velum ſciſſum et terra tremuit ⁊ cetera in hieruſalem tantummodo facta ſunt. Aut ſi latiꝰ voluerit quis extendē ad terrā iudeā Sicut in tertō libro regum dixit abdias ad helyā Viuit deꝰ tuꝰ ſi eſt gens aut regnū. vbi nō miſit dominꝰ meus querē te. oſ̄dens quoniam ſatis eum in gentibꝰ que fierat circa iudeā. Eſt aūt ꝯſequens intelligē quaſdā tenebroſiſſimas nubes et multas ⁊ magnas ꝯcurriſſe ſup hieruſalē et terrā iudee. ⁊ ideo facte ſunt tenebre ꝓfūde a ſexta hora vſqꝫ ad nonam. Due eñ creature in ſexta die facte fuiſſe itelligunt̄. Ante ſextam quidē aīalia In ſexta autem homo. et ideo ꝯueniebat ꝓ ſalute hoīs morientē in hora ſexta ſuſpendi. et a ſexta hora ꝓpt̄ h̄ tenebras fuiſſe factas ſup omnē terram vſqꝫ ad nonā Et ſicut moyſe manus extēdente in celum facte ſūt tenebre ſup egiptios. ſuos dei tenētes in ſeruitute ſimiliter et xp̄o in ſexta hora manꝰ extendente in cruce ad celū ſup populū qui clamauerat. Crucifige eum. facte ſunt tenebre. et ab omni lumine ſunt p̄uati. in ſignū futuraꝝ tenebraꝝ. que comprehenſure erant gentē iudeā. Iteꝫ ſub moyſe facte ſūt tenebre ſuper omnē terrā egipti tribꝰ diebus. Omnibꝰ autem filijs iſrahel erat lumē. Sub xp̄o autem facte ſunt tenebre ſup omnem iudeam tribus horis. Quoniam ꝓpter peccata ſua priuati ſūt a lumine dei patris. et a ſplēdore xp̄i. et ab illuminatione ſpiritusſancti. Lumē autem fuit ſuper omnem reliquā terrā. q̄ vbiqꝫ illuminat omnem eccleſiam dei in xp̄o. Et ſi vſqꝫ ad horam nonā tenebre facte fuerūt ſup iudeam. manifeſtū eſt. qm̄ iterum eis lumen refulſit quia cum plenitudo gentium intrauerit. tunc omnis iſrahel ſaluus fiet.

Chri. in ome. Vel aliter. Hoc admirandū erat. q̄ in omnē terrā tenebre facte ſunt. q̄d nunq̄ p̄us cōtigerat. In egipto eñ ſolum tenebre facte ſūt quādo paſca pficiendū erat. Que eñ tunc agebātur. horum tipus erant. Et intuere q̄ ſiunt tenebre in media die. qñ vbiqꝫ terrarum dies erat. vt omnes qui habitabant terram hoc miraculū cognoſcerēt. Hoc autem eſt ſignum quod petentibus ꝓmittebat dare. dicens. Gens p̄ua et adultera. ſignū q̄rit. et ſignum non dabit̄ ei. niſi ſignū ione ꝓphete crucē ſignās et reſurrectiōeꝫ Etenī multo mirabilius eſt in eo qui crucifixꝰ erat. hoc fieri q̄ ambulāt eo ſup terram. Hoc autem ſufficiēs erat eos ꝯuertere. non ſolum magnitudine miraculi. ſ; quia hoc geſtuꝫ eſt. poſtq̄ omnia locuti fuerāt que voluerāt. ⁊ ſacietatē acceperāt ꝯtumeliaruꝫ Qualiter autem non admirati ſunt vniuerſi. neqꝫ eſtimauerunt eum eſſe deum. quia ſcꝫ hominum genus tunc multa malitia et deſidia detinebatur. et hoc miraculum factum ꝯfeſtim tranſijt. et nō nouerant que eſſet cauſa eius. q̄d gerebat̄. Et ꝓpter hoc ip̄e poſtea loquit̄. vt oſtendat ſe viuere ⁊ q̄ ip̄e hoc miraculum fecit. Vnde ſequit̄ Et circa horam nonā clamauit ieſus voce magna. dicēs. Heli heli lamazabathani. Hoc eſt. Deꝰ meus deꝰ meꝰ vt quid dereliquiſti me. Hiero. Principio. xxi. primi pſalmi vſus eſt. Illud vero q̄d in medio verſiculi reſpice in me ſupfluū eſt. legit̄ eñ in hebreo. Deus meꝰ. deꝰ meꝰ. q̄re me dereliquiſti. Ergo impij ſunt qui pſalmum ex pſona dauid ſiue heſter ⁊ mardochei dictum putāt. cum etiam euangeliſte teſtimonia ex eo ſūpta ſup ſaluatore intelligāt. vt eſt illud. Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea. et foderūt manus meas. Chriſ. in ome. Ideo autem emiſit ꝓpheticam vocem. vt vſqꝫ ad vltimā horam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

teſtimoniũ ꝓhibeat veteri teſtamẽto et vt vidẽ
ant· qm̃ honorat patrem et non eſt deo contrariꝰ
et ideo hebraicã vocem emiſit· vt eis fieret cogni
ta et manifeſta· Orige· Requirendũ eſt autem
quid eſt· ꝙ a deo derelictꝰ eſt xp̃s· Et quidã quia
nõ poſſunt exponere· dereliqui xp̃m a deo dicunt
ꝙ per humilitatẽ dictum eſt· Sꝫ manifeſte intel
ligere poteris· quid ſit qđ dicit· Faciẽs compatio
nem glorie illiꝰ quã habuit apud patrẽ ad cõfuſi
onem ꝗ cõtempnens ſuſtinuit crucem· Hilariꝰ
Per hec autem verba· ingenia cõtendunt hereti
ca· ꝙ aut defeciſſe omnino deum verbum in aĩam
corpis volunt· dum corpꝰ offitio anime viuificat
aut omnino· nec fuerit xp̃s homo natꝰ· quia in eo
dei verbum modo ſpiritꝰ habitauerit ꝓphetalis·
quaſi ieſus xp̃s anime ſolum et corpis homo omu
nis· Hoc habet ſui exordiũ· quo eſſe cepit homo
qui nũc a dei verbo cõtracta rurſum ꝓtectione de
ſertus clamet· Deus meus· quare me dereliquiſti
Vel certe in anima verbi natura mutata· paterno
xp̃s in omnibꝰ vſus auxilio· nunc inops eius mor
tiqꝫ ꝓmiſſus ſolitudinẽ ſuam ꝯqueratᷣ· relinquen
temqꝫ ſe arguat· Sed inter has impias infirmaſ
qꝫ ſententias eccleſie· fides imbuta apl̃icis doctri
nis· non partitᷣ ieſum xp̃m· ne filiꝰ dei non et filiꝰ
hominis intelligatᷣ· Nam querela delicti morien
tis infirmitas eſt· Promiſſio aũt paradiſi viuẽtis
dei regnum eſt. Habes in conquerent ad mortem
relictum ſe eſſe· quia homo eſt· Hab es eũ qui mo
ritᷣ ꝓfitentẽ ſe in paradiſo regnare· quia deꝰ eſt·
Non ergo mireris verboꝝ humilitatẽ et q̃rimo
nias derelicti· cum formã ſerui ſciẽs· ſcandalũ cru
cis videas· Gloſa· Dicitur aũt deꝰ eum deſeruiſſe
in morte· quia poteſtati pſequentiũ eũ expoſuit·
ſubtraxit em̃ ꝓtectionẽ· ſed non ſoluit vnionem·
Ori· Poſtꝙ aũt vidit ſup omnẽ terrã iudeam
tenebras· hoc dixit· oñdere volens· Dereliquiſti
me pater· et talibꝰ exinanitum calamitatibꝰ tradi
diſti· vt populus qui fuerat apud te honoratus·
recipiat que in me auſus eſt· vt priuetur a lumine
tue ꝓſpectionis· ſed et ꝓ ſalute gentium dereliq
ſti me· Quid autem tam bonum fecerunt· qui ex gẽ
tibus crediderunt· vt p̃cioſo ſanguine ſup terraꝫ
effuſo ꝓ eis· emerẽ eos a maligno· aut quid tale
dignum facturi ſunt homines· pro quibus patior
iſta· Forſitan autẽ et videns peccata hominũ pro
quibus paciebatᷣ· dixit· quare me dereliquiſti· vt
fierem quaſi qui colligit ſtipulam in meſſe· et ra
cemos in vindemia· Non autẽ eſtimes humano mo
re ſaluatorem iſta dixiſſe· ꝓpter calamitatẽ q̃ com
prehenderat eum in cruce· Si em̃ ita accepis· non
audies magnã vocem eius que oſtendit aliq̃d eſſe
magnum abſcõditũ Raba· Vel ſaluator hoc dix
it· noſtros circũferens motus· qui in p̃iculis poſi
ti a deo deſeri nos putamꝰ· Humana enim natura
ꝓpter peccatũ a deo fuerat derelicta· Sed qꝛ filiꝰ
dei factus eſt noſter aduocatus· quorum ſuſce
pit culpam deplorat miſeriã· in quo oſtendit q̃n
tum flere debeant· qui peccant· quando ſic fleuit
qui nunꝗ peccauit· Sequitᷣ· Quidã autẽ illic ſtã
tes et audiẽtes dicebãt· Helyã vocat iſte Hie·
Non omnes· ſꝫ quidã· quos arbitror milites fuiſſe
romanos· non intelligentes hebraici ſmonis ꝓpri
etatem· ſꝫ ex eo quod dixit· Hely hely· putabant
helyam ab eo inuocatũ· Si autẽ iudeos qui hoc
dixerint intelligere voluerimꝰ· hoc more ſibi ſoli
to feciſſe vt dñm ĩbecillitatis infament· qui helye
auxiliũ dep̃cetur· Sequitᷣ· Et ꝯtinuo currẽs vnꝰ
ex eis acceptam ſpongiã impleuit aceto et impo
ſuit arundini· et dabat ei bibere· Augu· in ſer·
de paſ· Sic ergo ꝓpinator fontiũ· potatur aceto
mellis dator· cibatur felle· Flagellatᷣ remiſſio· cõ
demnatur venia· Illuditᷣ maieſtas· ridetᷣ virtꝰ· ꝑ
funditur largitor hymbriũ ſputis· Hila· Eſt aũt
acetum vinum quod ꝑ vitium· aut incurie· aut vã
ſis aceſcit· Vinum aũt eſt honor mortalitatis· aut
virtus· Cum igitᷣ in adam coacuiſſet· ipſe accepit·
et potauit ex gentibꝰ· In calamo em̃ et ſpõgia vt
potaret offertur ex corporibꝰ gentiũ in ſe ad cõ
munionẽ immortalitatis ea que in nobis erant vi
ciata· tranſfudit Remig· Vel aliter iudei acetũ
erant deg̃nantes a vino patriarchaꝝ et ꝓphetaꝝ
habebãt fraudulẽta corda quaſi ſpõgiã caverno
ſis atqꝫ tortuoſis latibulis· Per arundinẽ deſigna
tur ſacra ſcriptura· que in hoc facto implebatur·
Sicut enim lingua hebrea vel greca dicitur lo
quela· que fit per linguã· ſic et arũdo dici poſſet
littera vel ſcriptura· que in hoc facto implebatᷣ·
que fit per arundinẽ· Orige· Et forſitan quicũ
qꝫ ſm doctrinã eccleſiaſticã ſapiũt· viuunt autem
male· dant ei vinũ bibere felle permixtũ· Qui aũt
alienas a veritate ſentẽtias applicãt xp̃o· q̃ſi eas
dicenti· hi ſpongiaꝫ implẽtes aceto· imponũt ca
lamo ſcripture· et offerũt ori eius Sequitᷣ Ceteri
vero dicebant Sine videamꝰ an veniat helyas li
berans eum· Raba· Quia em̃ milites p̃ue ſonuꝫ
vocis dñice intelligebãt· ideo inaniter aduentũ
helye expectabant· Deum ergo quem ſaluator he
braico ſermone inuocabat· inſepabiliter ſemp ſe
cum habebat· Augꝰ· in ſer· de paſſi· Cum ergo
nil iam xp̃o reſtaret ex penis· mors moratᷣ· qꝛ ſuũ
eſſe ibi nil ſentit· Suſpecta eſt vetuſtati nouitas·
Hunc p̃mum hunc ſolum vidit hominẽ peccati ne
ſciũ· noxa liberũ· iuris ſui legibꝰ nil debentẽ Acce
dit tñ ꝯfederata iudaico mors furori et deſperata
vite inuadit autorem· Vñ ſequitᷣ· Ieſus aũt iteruꝫ
clamãs· voce magna· emiſit ſpiritũ· Quare autem
diſplicet ſi xp̃s de ſinu patris ad noſtrã ſeruituteꝫ
venit vt nos ſue redderet libertati· noſtrã mortẽ
ſuſcepit· vt nos eiꝰ morte liberem̃· qñ nos deſpec
tu mortis mortales iudeos retulit terrenos cele
ſtibus eſtimauit· Quantũ em̃ diuina virtꝰ opeꝝ
ꝯtemplatõe lucebat· tantũ pati ꝓ ſubiectis ꝑ ſer
uis mori· inſigne eſt caritatis immẽſe Ergo hec p̃
ma cauſa eſt dñice paſſionis· quia ſciri voluit quã
tum amaret hominẽ deus· qui plus amari voluit·
ꝗ timeri· Secũda cauſa eſt· vt ſententiã mortis·
quã iuſte declarat· iuſtius aboleret Quia nãqꝫ p̃
mus hõ adiudicante deo· de reatu incurreret mor
tem· et eam tranſmiſit ad poſteros· Venit de celo
ſecundꝰ homo peccati neſciꝰ vt mors damnaretᷣ·
que rapere iuſſa reos innocẽtie ip̃m inuadere p̃
ſumpſit autorem· Nec mirãdum eſt ſi pro nob̃ po
ſuit quod ſuſcepit a nobis· ſcꝫ aĩam qui ꝓpter nos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fecit tanta et talia largitꝰ eſt nobis. Aug. ꝯ tra
felicianum. Abſit eñ a fidelibus iſta ſuſpitio. vt
ſic xp̃s ſenſerit mortem noſtram. vt quantũ in ſe ẽ
vita perdat vitam ſ᷑am ſi hoc ita eſſet. quomodo
illo triduo potuiſſe dicimus aliquid viuere. ſi vite
fons dicitur aruiſſe. ſenſit igitur mortẽ deitas cri
ſti praticipatione humana. ſiue humani affectus.
quum ſponte ſuſceperat. non nature ſue potentiam
perdidit. per quã cuncta viuificat. In morte eñ
noſtra ſine dubio deſtitutũ corpus vita animã no/
ſtram non perimit. dum diſcedens anima non vim
ſuam perdit. ſed quod viuificauerat hoc dimit=
tit. et quantum in ſe eſt. alterıꝰ mortem facit ip̃a
nõ recipit. De ſaluatoris nunc anima dicemꝰ que
vt non dicam ꝓpter inhabitantẽ diuinitatẽ ⁊ ꝓpt
iuſtitiam ſingularem. certe ꝓpter cõmunem mori
endi ſortem. corpꝰ illo triduo ſic potuit deſerere
vt ip̃a non poſſet penitꝰ interire. Credo eñ dei
filium mortuum eſſe. non ſecundum penam iniuſti
cie quam ex toto non habuit. ſecundum legem na
ture. quã pro humani generis redemptione ſu=
ſcepit. Dama. Et ſi tamẽ mortuus eſt vt homo.
et ſancta eıꝰ anima ab incõtaminato diuiſa eſt cor
pore. Sed tamen deitas inſepabilis ab vtriſqꝫ ꝑ
manſit. ab anima dico ⁊ corpore. Et neqꝫ vna ita
hypoſtaſis in duas diuiſa eſt. corpꝰ eñ et anima
ſicut a principio in verbi hypoſtaſi habuerũt exi
ſtentiam. etiam in morte. Neqꝫ enim anima. neqꝫ
corpus ꝓpriam habuerunt hypoſtaſim. p̃ter hy=
poſtaſim verbi Hie. Diuine aũt poteſtatis iudi
tium eſt emittere ſpiritum. et vt ip̃e quoqꝫ dixe
rat. Nemo poteſt tollere animam meam a me. ſed
ego ponam eam et iterum ſumo eam. Spiritũ eñ
in hoc loco ꝓ anima intelligamꝰ. Sed quid vita
le aut ſpiritale corpus faciat. ſeu ꝙ ipſius anime
ſubſtantia ſpiritꝰ ſit. iuxta id quod ſcriptum eſt.
Auferes ſpiritum eoꝝ et deficient. Chriſo. in
ome. Propter hoc autẽ et voce magna clamauit.
vt oſtendatur. quoniã ſecundũ eius poteſtatem.
id gerit̃. Per hoc eñ ꝙ moriens vocẽ emiſit mag
nam. apertiſſime ſe veꝝ deum eſſe oſtendit. quo=
niam homines cum moriunt̃. vix tenuẽ vocẽ emit
tere poſſunt. Augꝰ. de con. euã. Quid autẽ vo
ce magna dixerit. Lucas declarauit. dixit eñ. Et
clamans ieſus voce magna ait. pater in manꝰ tu=
as cõmendo ſpiritum meum. Hila. Vel ſpirituꝫ
cum clamore magne vocis emiſit. dolẽs. nõ ſe om
nia peccata portare.

Et ecce velum tem
pli ſciſſum eſt in duas
partes. a ſummo vſqꝫ
deorſum. et terra mo
ta eſt. et petre ſciſſe
ſunt et monumenta
aperta ſunt et multa
corpa ſanctorum. qui
dormierãt ſurrexert.
et exeuntes de monu
mẽtis poſt reſurrecti
onem eius venerũt in
ſanctam ciuitatem. et
apparuerunt multis.
Centurio autem. et ꝙ
cum eo erant. cuſtodi
entes ieſum. viſo ter=
remotu et his que fie
bant. timuerũt valde
dicentes. Vere filius
dei erat iſte. Erãt au=
tem ibi mulieres mul
te a longe. que ſecu=
te fuerant ieſum a ga
lilea miniſtrantes ei.
Inter quas erat ma
ria magdalene et ma
ria iacobi. et ioſeph.
mater. ⁊ mater filioꝝ
ſebedei.

Origenes. Magna
facta fuit ex eo ꝙ ma
gna voce clamauit
ieſus. Vnde ſequit̃.
Et ecce velum tem=
pli ſciſſuꝫ eſt in duas
partes a ſummo vſqꝫ
deorſum. Auguꝰ.
de concor. euangeli.
In quo ſatis oſtẽdit
tunc eſſe ſciſſum cum
emiſit ſpiritum. Si
autem non addidiſſꝫ
Et ecce. ſimpliciter
dixiſſet. Et velum tẽ
pli ſciſſum eſt. incer
tum eſſet. vtruꝫ ip̃e
et marcus hoc reca/
pitulando cõmemo=
raſſent. Lucas auteꝫ
ordinem tenuiſſet. ꝗ
cũ dixiſſet. ſol obſcu
ratus eſt. continuo
ſubiungendũ eſtima
uit. Et velum templi
ſciſſum eſt. An lucas
recapitulaſſꝫ. quod
illi ordine poſuiſſent
Orige. Duo auteꝫ
fuiſſe vela intelligũ
tur. vnum quod ve/
lat. ſanctaſanctoruꝫ
aliud exterius ſiue ta
bernaculi ſiue tẽpli.
In paſſione ergo do
mini ſaluatoris velũ
quod erat a foris cõ
ſciſſum eſt. a ſurſum.
vſqꝫ deorſuꝫ. Ab ini
tio mũdi vſqꝫ ad fi=
nem conſciſſo velami
ne. miſteria publicãt̃
que vſqꝫ ad aduetũ domini rõnabilit̃ fuerẽt occul
tata. Cum autem venerit quod ꝑfectum eſt. tunc
auferetur etiã ſcd̃m velum. vt videamus etiã que
interius ſũt occultata. ſcꝫ veram arcam teſtamẽti
et ſicut ip̃a ſe habet natura videamꝰ cherubin et
alia Hila. Vel ideo. velũ tẽpli ſcindit̃. qꝛ exin
de populus eſt diuiſus in partes. et veli honor.
cum cuſtodia angeli ꝓtegentis aufert̃. Leo pa
pa in ſermone de paſſio. Eſt autem teſtimonium
venerande paſſionis ſufficiens ſignum elemento=
rum inordinata turbatio Vnde ſequitur Et terra
mota eſt. et petre ſciſſe ſunt. et monumẽta aperta
ſunt. Hiero. Nulli eñ dubium eſt quid ſignificꝫ
iuxta litterã magnitudo ſignoꝝ vt crucifixum do
minũ ſuum et celum et terra et omnia demõſtarẽt
Hila. Mouetur terra quia capax huius mortui
eſſe non poterat. petre ſciſſe ſũt. Omnia eñ vali
da et fortia penetrãs dei verbũ et poteſtas eter
ne virtutis irruperat. Et monumẽta aperta ſunt.
Erant eñ mortis clauſtra reſerata ſequit̃. Et mul
ta corpa ſanctoꝝ qui dormierãt ſurrexerũt. Illu
minans eñ mortis tenebras et infernoꝝ obſcura
colluſtrãs. mortis ſpolia dattrahebat. Chriſo.
in ome. Ip̃o quidem in cruce manẽte eum irriden
tes dicebãt. Alios ſaluos fecit. ſeip̃m non poteſt
ſaluum facere. et quod in ſe facere noluit. in ſeruo
rum corporibꝰ cum multa ſupabundantia demon
ſtrauit. Si eñ quadriduanũ laſaꝝ exurgere mag
num fuit. multo magis eos repente. qui olim dor
mierant. apparere viuẽtes. quod future reſurrecti
onis erat inditium. Vt autem non putaretur eſſe
phanthaſma quod factum eſt. euãgeliſta ſubiun=
git. Et exeuntes de monumẽtis poſt reſurrectõeꝫ
eius. venerunt in ſanctã ciuitateꝫ et apparuerunt
multis. Hiero. quomodo autem laſarꝰ mortuus

reſurrexit· et ſic multa corpa ſanctoꝝ reſurrexerēt
vt dominū oſtenderent reſurgentē· et tamē cum
monumēta aperta ſunt· non ante reſurrexerūt· q̄
reſurgeret dominꝰ · vt eſſet pmogenitꝰ reſurrec
tionis ex mortuis ſanctam autē ciuitatē· in qua vi
ſi ſunt reſurgētes· aut hieruſalem celeſtem intelli
gamꝰ· aut hāc terrenā· que ante ſancta fuerat· ſā
cta eñ appellabat̄ · ciuitas hieruſalē ꝓpter tēplū
⁊ ſacta ſanctoꝝ· et ob diſtinctionē aliaꝝ vrbium in
quibus ydola colebant̄· Qm̄ vo dicit̄· apparuerūt
multis· oſtenditur nō generalis fuiſſe reſurrectō
que omnibꝰ appareret· ſed ſpetialis ad plurimos
vt hi viderent· qui cernere merebant̄ Remigiꝰ
queret autē aliquis· quid de illis factum ſit· qui
reſurgente domino reſurrexerūt · credendū quip
pe eſt· qm̄ ideo ſurrexerunt · vt teſtes eſſent do=
minice reſurrectionis· Quidam autem dixerūt · q̄
iterū mortui ſunt· et in cinerem conuerſi· ſicut ⁊ la
zarus et ceteri· quos dominꝰ reſuſcitauit Sꝫ iſto
rum dictis nullo modo eſt fides accomodāda· qm̄
maius illis eſſet tormentum qui ſurrexerūt · ſi ite
rū morituri eſſent · q̄ ſi nō reſurgerēt· Incūtanter
ergo credere debemus · quia qui reſurgēte dño a
mortuis ſurrexerunt aſcendente eo ad celos et ipi
pariter aſcenderunt Semp autū hec eadē magna
quottidie fiunt · Velum eñ templi ad reuelādum
que intus habent̄ ſcinditur ſanctis· terra etiā mo
uetur· id eſt omnis caro nouo verbo· ⁊ nouis rebꝰ
ſecundum nouū teſtamētum· Petre autem ſcindū
tur · que miſterium fuerunt ꝓphetaꝝ· vt in ꝓfun
dis eorum· poſita ſpiritalia miſteria videamꝰ· Mo
numēta aūt dicunt̄ corpora peccatricū animaruꝫ
id eſt mortuaruꝫ deo· cum autem per gratiam dei
anime huiuſmodi fuerint ſuſcitate · Corpa eoꝝ·
que priꝰ fuerunt monumenta· fiunt corpa ſancto
rum· et videntur a ſeipſis exire· et ſequunt̄ euꝫ qui
reſurrexit · ⁊ in nouitate vite ambulāt cum eo Et
qui digni ſūt habere ꝯuerſationē in celis· ingre=
diuntur in ſanctā ciuitatem per ſingula tempora
et apparent multis videntibꝰ opera bona ipſoꝝ·
ſequit̄· Centurio autē· et qui cum eo erant cuſ· ie·
ui· terremo· et his que fie· ti· va di · ve· fil· d· er ·
iſte Augꝰ· de con· euan· Non eſt ꝯtrariū· q̄ ma
theus viſo terremotu · dicit admiratū centurionē
et eos cum eo erant· Cum lucas dicat hoc admira
tum · q̄ emiſſa magna voce expiraſſet In eo enim
q̄ mathęꝰ non ſolum dixit· viſo terremotu· ſed et
addidit his que fiebāt· integrū locū fuiſſe demō
ſtrauit luce · vt diceret cēturionem ipam domini
mortem fuiſſe miratum· quia et hoc inter illa eſt·
que tunc mirabiliter facta erant· Hiero· Ex hoc
ꝯſiderandū q̄ centurio in ipo ſcādalo paſſionis·
vere dei filiū ꝯfiteatur· et arrius in eccleſia pdi=
cet creaturam· Raba· Vnde merito p centurionē
fides eccleſie deſignat̄· que vero miſterioꝝ cele=
ſtium per mortē domini reſerato ꝯtinuo ieſum· et
vere iuſtum hominē· et vere dei filium ſynagoga
tacente confirmat · Leo in ſermone de paſſione
Exemplo igit̄ centurionis ꝯtremiſcat in redēp/
toris ſui ſupplitio terrena ſubſtantia· Rumpantur
infidelium mentiū petre· et qui mortalitatis gra
uabant̄ ſepulcris· diſcuſſa obſtaculoꝝ mora pro
ſileant· appareant nunc quoqꝫ in ciuitate ſancta id
eſt eccleſia dei future reſurrectionis inditia· ⁊ q̄d
credendū eſt in corporibꝰ· fiat in cordibꝰ· ſequi
tur· Erant autem ibi mulieres multe a longe· que
ſecute erant ieſum a galilea miniſtrātes ei Hie·
Cōſuetudinis eñ iudaice fuit· nec ducebat̄ in cul
pam more gentis antique· vt mulieres de ſubſtā
tia ſuā victum atqꝫ veſtitum pceptoribꝰ miniſtra
rent· hoc quia ſcandalū facere poterat in gētibꝰ
paulus abieciſſe ſe memorat· Miniſtrabāt autem
domino de ſubſtantia ſua· vt meteret illaꝝ carna
lia cuius ille metebāt ſpiritalia· Non quia indige
bat cibis dñs creaturaꝝ· ſed vt tipum oſtenderꝫ
magiſtroꝝ· quia victu atqꝫ veſtitu· ex diſcipulis
deberēt eſſe contenti· Sed videamꝰ· quales comi
tes habuerint· Sequitur eñ· Inter quas erat ma
ria magdalene et maria iacobi et ioſeph mater· et
mater filioꝝ ſebedei· Orige· Apud marcū autē
tertia illa ſalome appellatur· Chriſ· in ome· He
autem mulieres ꝯſiderabāt· que gerebantur· que
maxime erant ꝯpaſſibiles· et que ſequebant̄ mini
ſtrantes · vſqꝫ ad picula affuerunt· maximā forti=
tudinem oſtendentes· quia cum diſcipuli fugerūt
ipe affuerunt · Hiero· contra heluidiū· Ecce in/
quit heluidius· iacobꝰ et ioſeph· et ſūt filij marie
matris domini· quos iudei appellauerunt fratres
criſti· Dicit autem iacobi minoris ad diſtictionem
iacobi maioris· qui erat filiꝰ ſebedei Impium eñ
dicit eſſe heluidiꝰ · hoc ſentire de maria vt cū alie
femine ibi fuerint · matrem eius abeſſe dicamus ·
aut alteram eſſe mariam neſcio quam ꝯfingamꝰ·
preſertim cum euangelium iohānis teſtetur eam
illic fuiſſe preſentē O furor cecus et in proprium
exitum mēs veſana· audi quid iohānes euāgeliſta
dicat ſtabant iuxta crucē ieſu mater eius· et ſoror
matris eius maria cleophe· et maria magdalene·
Nulli dubium eſt· duos fuiſſe aplōs iacobi nuncu/
patos vocabulo· iacobum ſebedei et iacobum al=
phei· Iſte autem neſcio quis minor iacobꝰ· quem
marie filium ſcriptura cōmemorat· Si apoſtolus
eſt· alphei filius erit· ſi non eſt apoſtolus · ſed ter
tius neſcio quis iacobus quomō putandꝰ eſt fra=
ter domini· et quō tertius ad diſtictionē maioris
minor appellabit̄· cum maior et minor · non inter
tres· ſꝫ inter duos ſolent prebere diſtantiā· et fra
ter domini apoſtolus ſit paulo dicente· aliū apo/
ſtoloꝝ vidi neminē· niſi iacobum fratrem domini
Ne autem hunc iacobum putes filium ſebedei lege
actus apoſtoloꝝ· iam ab herode fuerat interēp
tus· Reſtat concluſio· vt maria· iſta que iacobi mi
noris ſcribitur mater · fuerit vxor alphei et ſoror
marie matris domini quā mariā cleophe· iohānes
euangeliſta cōmemorat· Si autem inde tibi alia·
atqꝫ alia videtur· q̄ alibi dicat̄ · maria iacobi mi /
noris mater· ⁊ alibi maria cleophe· diſces ſcriptu
re conſuetudinē· eundem hominem diuerſis nomi
minibus appellari· ſicut raguel ſocer moyſi · ietro
dicitur· Et dicit̄ maria cleophe vxor alphei· Hec
eadem dicta eſt maria· mater iacobi minoris· que
ſi mater eſſet domini magis eam vt in omnibꝰ lo=
cis matrem alterius voluiſſet intelligi· veruꝫ et ſi
alia fuerit maria cleophe· et alia maria iacobi · et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ioſeph mater· hoc tam̄ conſtat· nō eandem mariā
iacobi et ioſeph eſſe quā matrē domini Augꝰ·
de concor· euange· Poſſemus aūt dicere alias mu
lieres a longe vt tres euangeliſte dicunt et alias
iuxta crucem fuiſſe· vt iohānes dicit· niſi matheꝰ
et marcus mariam magdalene nominaſſent· inter
ſtantes longe· quaꝫ ſcꝫ iohānes nominauit inter
ſtantes iuxta crucem· Nuomō autem hoc intelli=
gitur· niſi quia eo interuallo erant· vt et iuxta di
ci poſſent· quia in conſpectu eius ꝓſto aderant· et
a longe in compatione turbe ꝓpinquius circūſtā
tis cum centurione et militibꝰ· poſſumꝰ etiā intel
ligere· ꝙ ille que ſimul aderant cuꝫ matre domini
poſtq̄ eam diſcipulo ꝯmendauit abire iam cepe=
rant· vt a denſitate turbe ſe exuerent· et cetera q̄
facta ſunt longiꝰ intuerentꝰ· vt euāgeliſte qui pꝰ
mortē domini eas comemorauerūt a longe ſtātes
commemorarent·

Cum ſero autē fac
tuꝫ eſſet· venit quidē
homo diues ab aria
thia nomine ioſeph·
qui et ipſe erat diſci
pulꝰ ieſu· hic acceſſit
ad pylatum· et petijt
corpus ieſu· tūc pyla
tus iuſſit reddi corpꝰ
Et accepto corpore·
ioſeph inuoluit illud in
ſindone mūda ⁊ poſu
it illud in monumēto
ſuo nouo· quod exci
derat in petra et ad
uoluit ſaxum magnū
ad hoſtiuꝫ monumen
ti· et abijt· Erant aūt
ibi maria magdalena
et altera maria ſeden
tes contra ſepulcrū·

Glo· Poſtq̄ euan·
retulerat ordinē do=
mi ce paſſiōis et mor
tem· Nunc agit d̄ eiꝰ
ſepultura· dicēs· cū
ſero auteꝫ factū eſſꝫ
venit quidem homo
diues ab arimathia
nomine ioſeph· qui
et ip̄e diſci· erat ieſu
Remi· Arimathia
ip̄a eſt ⁊ ramatha ci
uitas helcane· et ſa/
muel· que ſita eſt in
regiōe chananitica
iuxta dioſpolim· Iſte
autem ioſeph ſecun
duꝫ ſeculi ſtatū mag
ne fuit dignitatis· ſꝫ
multo maioris meriti
apud deuꝫ fuiſſe lau
datur· Siquidem iu
ſtus fuiſſe deſcribitꝰ·
Decebat quippe eum
talem exiſtere q̄ cor=
pus domini ſepeliret
quatinꝰ per iuſtitiā
meritorum dignꝰ eſ
ſet tāli offitio Hie·
Diues autem refertꝰ
non de iactātia ſcrip
toris quo virꝝ nobilem atqꝫ ditiſſimū referat ieſu
fuiſſe diſcipulum· Sed vt oñdat cauſam· quare a
pylato corpus criſti potuerit impetrare Sequitꝰ
hic acceſſit ad pylatū et petijt corpus ieſu· Pau=
peres eñ et ignoti non eſſent auſi ad pylatuꝫ pre
ſidem romane poteſtatis accedere· ⁊ crucifixi cor
pus impetrare· In alio autem euangelio ioſeph
iſte bulites appellatur· id eſt conſiliariꝰ et de ip̄o
quidam putant primum pſalmum fuiſſe compoſi
tum· Beatus vir qui nō abijt in conſilio impiorꝝ

Chriſo· in omelia· Inſpice auteꝫ huiꝰ viri for
titudinē· in mortis eñ piculū ſe tradidit· inimici
ciaꝫ ad omnes aſſumens· ꝓpter beniuolentiā criſti
Et non ſolū audet corpꝰ xp̄i petere· ſꝫ et ſepelire

Vnde ſequitur Et accepit corpus ieſu· ⁊ inuoluit
illud in ſindone mūda Hiero· Ex ſimplici ſepul=
tura domini ambitio diuitum condemnatꝰ· qui nec
in tumulis quidem poſſunt carere diuitijs· Poſſu
mus autem iuxta intelligentiā ſpiritalē· et hoc ſē
tire ꝙ corpꝰ domini· non auro· nō gemmis· nō ſe
rico· ſed linteamine puro obuoluendū ſit· quamq̄
et hoc ſignificet· ꝙ ille in ſindone mūda inuoluit
ieſum· qui pura mente eum ſuſceperit· Remigi·
Vel aliter quia ſindon lineus pannꝰ eſt· linū aūt
ex terra ꝓcreatꝰ· et cum magno labore ad cando
rem producitur· deſignatur· quia corpus illiꝰ qđ
ex terra· id eſt ex virgine ſumptum eſt per laborē
paſſionis peruenit ad candorem immortalitatis·

Raba· Hinc etiā eccleſie mos obtinuit· vt ſacri
ficium altaris non in ſerico· neqꝫ in panno tincto·
ſed i lino terreno celebretꝰ· vt a beato papa ſilue
ſtro legimus eſſe ſtatutum· Sequitꝰ· Et po· illud
in mo· ſuo no· quod exciderat in petra· Augꝰ·
in ſer· de ſabbato ſancto· Ideo autem ſaluator in
aliena ſepultura ponitur· quia ꝓ aliorꝝ moriebā
tur ſalute· vt quid ergo in propria ſepultura qui
in ſe mortem ꝓpriam non habebat· vt quid illi tu=
mulus in terris cuiꝰ ſedes manebat in celis vt q̇d
illi ſepultura ꝓpria qui tridui tm̄ tēporis ſpatio
ſepulcro non tam mortuꝰ iacuit· q̄ velut in lectu
lo conquieuit· Sepulcrum autem mortis eſt habi
taculum· neceſſarium ergo non erat mortis habi=
taculum xp̄o· quia vita eſt· nec opus habebat ſem
per viuens· habitaculo defunctorum Hieroni·
In nouo aūt ponitur monumēto· ne poſt reſurrec
tionem ceteris corporibꝰ remanētibꝰ· ſurrexiſſe
alius fingeretur· Poteſt autem et nouū ſepulcrū
marie virginalem vterꝝ demonſtrare· In monumē
to autem exciſo in petra cōditꝰ eſt· ne ſi ex multis
lapidibus edificatuꝫ fuiſſet· ſuffoſſis tumuli fūda
mentis ablatus furto diceretur· Augꝰ· in ſer·
de ſabbato ſancto· Si etiam ſepulcrum fuiſſꝫ i ter
ra· dicere poterant ſuffoderunt terram· et furati
ſunt eum· Si fuiſſet lapis ꝑuulus ſuperpoſitꝰ· di
cere poterant· Dormientibꝰ nobis tulerunt eum·
Vnde ſequitꝰ· Et aduo· ſax· ma· ad hoſti· monu· et
abijt· Hiero· Saxum eñ magnum appoſitum oñ
dit· non abſqꝫ auxilio plurimorꝝ ſepulcruꝫ potuiſ
ſe reſerari· Hila· Miſtice autem ioſeph apoſto=
lorꝝ habet ſpetiem· hic in mūda ſindone corpꝰ in
uoluit· et quidem in hoc eodem linteo reperimus
de celo ad petrum vniuerſorꝝ animātium genera
ſubmiſſa Ex quo intelligitꝰ ſub lintei illius nomīe
conſepeliri xp̄o eccleſiam· Domini ergo corpꝰ in
fertur in vacuam et nouam requiem lapidis exciſi
quia per apoſtolorꝝ doctrinā inpetus duritie gē
tilis quodam doctrine opere exciſum xp̄s infertꝰ·
rude ſcꝫ ac nouum· et nullo antea ingreſſu timore
dei puium· et quia nil ꝑter euꝫ oporteat in pecto
ra noſtra penetrare· lapis hoſtio aduoluitꝰ· vt qr
nullus antea in nos diuine cognitionis autor fue
rat illatus· nullus abſqꝫ eo poſtea inferatꝰ Ori·
Non autem fortuito ſcriptū eſt· quoniaꝫ inuoluit
corpus in ſyndone munda· ⁊ poſuit in monumēto
nouo· et ꝙ aduoluit lapidem magnū· quoniā oīa
que ſunt circa corpus ieſu mūda ſunt et noua ⁊ oīa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

magna valde· Remi·Poſtq̄ autē corp⁹ domini ſepultum eſt·ceteris ad propria remeantib⁹·ſole mulieres·que eum artius amauerūt pſeuerauerūt et diligenti cura notauerūt· locum in quo corp⁹ domini poneret·q̄tinus congruo tempore mun⁹ ſue deuotionis ei offerrent·et ideo ſequit̄·Erant autem ibi maria magda·ꝛ alia maria ſe·con·ſepulcrum· Orige·Mater autem filioꝝ ſebedei non ſcribitur ſedere cōtra ſepulcrū·Forſitan enī vſqꝫ ad crucem puenire potuit Iſte autem quaſi maiores in caritate·neqꝫ his que poſtea geſta ſunt defuerūt· Hie·Vel ceteris relinquentib⁹ dn̄m mulieres in officiō pſeuerāt expectātes qđ pmiſerat ieſus Et ideo meruerunt pme videre reſurrectōez quia qui pſeuerauerit vſqꝫ in finem hic ſalu⁹ erit

Remi·Quod vſqꝫ hodie ſancte mulieres·id eſt humiles anime ſanctoꝝ·i hoc ſeculo faciūt ꝛ pia curioſitate attendūt queādmodum paſſio xp̄i cōpleta ſit·

Altera autem die que eſt poſt paraſceuen conuenerūt pn̄cipes ſacerdotū ꝛ phariſei ad pylatum dicētes Domine·recordati ſum⁹·q̄a ſeductor ille dixit adhuc viuēs poſt tres dies reſurgā Iube ergo cuſtodiri ſepulcrum·vſqꝫ i diem tertiū·ne forte veniant diſcipuli ei⁹·et furent̄ eum·ꝛ dicāt plebi·ſurrexit a mortuis·et erit nouiſſim⁹ error peior priore·ait illis pylat⁹·Habetis cuſtodiam·ite cuſtodite ſicut ſcitis·Illi autem abenutes munierunt ſepulcrū·ſignantes lapidem cum cuſtodibus·

